



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Libri XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

est quod esti Index, vel alius ex officio publico seu conuentione inita cum Rep. teneatur detegere crimina, & illa puniri posse legi tali tamen obligatio solum est erga Rēpubl. vt delictorum punitione, pax illius conservetur; & quisque indemnis in illa seruetur. autem erga eam personam priuatam vel fiscum, cui pena pecuniaria esset applicanda, si crimen manifestetur. Quia igitur ratio sui officii, ac fidei quam Rēip. dedit, ad nihil aliud tenetur Index, vel alius publicus minister, quam vt Rēpubl. immunem reddat a peccatis; & priuatas in ea personas indemnes seruet; obligatur quidem resarcire damna omnia quae vel Rēpubl. vel priuata persona lege acepit ex eo, quod ipse non manifestauerit aut sententiam in reum non tulerit: non tamen restituere penam lege impositam, quam reus manifestatus & condemnatus soluturus era fisco, vel alii cui applicanda fuit.

Aduerte tamen, postquam crimen est ad iudicium, & pena pecuniaria petitur, siue a persona cui applicanda est, siue ab alia nomine fisci, iudicem, si neglexerit multeare rei peccati illa pecuniaria, teneri ad restitutionem faciem tam ei, cui pena de iure esset applicanda: quia iudex tenetur ex officio prospicere bono publico, non tantum puniendo peccata, sed etiam cuique reddendo, quod iustè in iudicio pertinet. At quoties crimen propter quod à lege ponatur imponitur, delatum est in iudicium, accusator vel alius cui applicanda est pena, petit in iudicio id ipsum crimen puniri, & fibi penam applicari, iustè petit. Ergo iudex denegans eam applicationem, quae ex iustitia tenetur facere, ita peccat ut sit ad restitutionem teneatur. De his pro maiore notitia diuersitatis opinionum, videri potest A. or. i. part. lib. 5. ca. 7. & 8.

LAVS DÉO.

LIBER QVARTVS, ET TOTIVS OPERIS DECIMVSQVARTVS.

DE IIS QVAE COGNOSCENDA CONSIDERANDAQUE sunt ad iudicandum generaliter de peccatis ex obiecto & circumstantiis actionum humanorum.

PRÆFATIO.

Sicut in re naturali (inquit D. Thomas 1.2. quaest. 18. art. 3.) ad plenitudinem perfectionis, prater formam substantiam, qua constituit essentiam, requiruntur accidentia: ut figura, color, &c. qua ad conuenientem ei, decentemque habitudinem faciunt: quoru si aliquod defit, sequitur imperfectio malum, physicum: sic in actu humano ad plenitudinem perfectionis, prater obiectum ex quo specificam suam rationem, essentiam ve habet, tanquam motus ex termino in quem tendit, requiruntur debitis circumstantia, qua ad illius conuenientem decentem, habitudinem ita faciunt: ut earum aliqua deficiente, is malus sit moraliter: nempe ex defectu plenitudinis perfectionis, iuxta illud D. Dionysii in cap. 4: De divinis nominibus: Bonum est ex integra causa, & malum ex singulis defectibus. Quia igitur peccatum nihil aliud est quam actus humanus malus: ex obiecto suo & circumstantiis sumens propriam malitiae speciem: manifestum est in hac disciplina precedentibus libris, merito ipsum adiungi obiecto, & circumstantiis humanorum actionum, prout in his moralis malitia ex illis derivatur: presertim cum in paenitentiali foro, ad cuius proximi hec nostra disciplina ordinatur, non attendatur tamquam quod aliquid sit peccatum: sed etiam cuius ipsum sit species: quandoquidem in Sacramentali Confessione, ut in-

tegrafit, Paenitens debet suum peccatum in propria specie exprimere, vt suo loco expositum est in precedente lib. sexto.

CAPUT PRIMUM.

De obiecto humanorum actionum, prout ex illo, in his moralis malitia derivatur.

S V M M A R I V M.

1. Ex obiecto in actu humanum derivatur malitia ipsius essentialis.

2. Tres modis contingit talis derivatio.

3. Due generales regule iudicandi de peccatis ex obiecto.

4. Vnum peccatum esse alio grauius constat ex sacris litteris.

5. Ratio iudicandi ex ipso obiecto, quod peccatum sit alio grauius.

6. Ratio idem iudicandi ex virtutibus, quibus peccata repugnant.

In actua humanum ex obiecto, id est, ex eo circa quod exercetur, malitiam aliquam derivari manifestum est ex verbis Olez cap. 9. Facti sunt abominabiles sicut ea que dilexerunt. Neque refert quod actus exterior non sit malus moraliter sine interior voluntatis, qui circa illum exercetur. Id enim propterea tantum sit, quod moralis malitia in actu humano libertatem requirat, tanquam conditionem ad esse morale necessariam: minime autem tanquam malitiae fontem. Atque ipsam malitiam ex obiecto in actu humanum derivatam, esse primam adeoque essentialiern malitiam eiusdem actus: ex memorata D. Thome doctrina ita confirmatur. Sicut in rebus naturalibus primum & essentiale malum est, si res que generatur non consequatur formam specificam, vt si fetus in materno utero generetur carens anima: sic primum malum in actu humano est, si non exerceatur circa obiectum conueniens; ita in de aliena, quam conueniat sortitius speciem: quod cum sit, is dici solet malus ex suo genere, sumpto nomine generis, inquit D. Thomas, pro specie, sicut cum dicitur genus humanum, ad significandam totam humanam speciem.

Potro actum humanum, seu libertate voluntatis, non exerceri circa obiectum conueniens, contingere potest aliquot modis. Primus est, quo ei tale quid contingit ex interna aliqua ipsius obiecti conditione (vnde solet dici malus intrinsecus) ex parte cuius repugnat honestati, id est, moderationi quam aliqua virtus secundum rectam rationis prescriptum sibi videntur: prout crapula moderationi temperantie repugnat per excessum, tenacitas moderationi liberalitatis, per defectum. Vbi nota semper quidem peccata esse specie diuersa, que diuersis speciei virtutibus per se repugnant; non tam semper esse eadem specie, que repugnant eidem virtuti. Nam nec extremitate opposita, vt peccatum auaritie, & peccatum profusionis bonorum, sunt eiusdem speciei, etiam intermedia liberalitas sit una specie. Nec item ea que diuersissimo modo, etiam non opponantur extremitate inter se, eidem virtutis aduersantur, adeo vt peccati virtus, qd natura moraliter expensa, qui proclivis fuerit ad unum illorum, non ideo pari facilitate, sit etiam ad alterum committendum. Si deratio, & furtum que eidem virtuti iustitiae per se repugnat: & per tursum a simonia, que eidem virtuti religiosis per se opponuntur, diuersae speciei esse censeruntur.

Secundus modus est, quo idem contingit ex conditione tantum externa: nempe ex sola prohibitione, qua speciali precepto obiectum ipsum prohibetur: Exemplum datur de esu carnium in Quadragesima, qui non ex aliqua interna sua conditione, sed ex sola prohibitione facta ab Ecclesia, repugnat rectione rationis. Atque ex hoc duplice genera conditionis, id quod moraliter malum est, distinguuntur in illud quod dici solet prohibitum quia malum: id est, quod talis natura est, vt legislator sua lege debeat ipsum reprobare, nec inquam possit approbare; vt odium Dei, mendacium, nonnullaque alia: & in illud quod dicitur malum, quia prohibitum: id est, quod antequam prohiberetur nihil referebat ipsum agi vel non agi, vt ante dictus esus carnium.

Aduere vero obiter, legem dum prohibet aliquid quod est ex se indifferens, facere illud alicui virtuti repugnans ac-

malum moraliter; sicut & dum præcipit aliquid eiusmodi, constituit illud in aliquo officio virtutis: contra quam proinde is peccat, qui transgreditur eiusmodi legem. Sic Ecclesia præcipiens Quadragesimale telunium, fecit temperantie actum & officium: & præcipiens auditionem Missæ in die festo, eam fecit actum religionis: & præcipiens solutionem decimarum fieri Clericis, illam fecit officium iustitiae: & id eo talia præcepta transgrediens, peccat contra tales virtutes.

Tertius modus, quo antedictum potest contingere, est ex inordinata voluntatis conuersione ad obiectum ipsum, id est, ex eo quod obiectum terminus factus humani, in quæ voluntas exit, contra rectæ rationis præscriptum: vt in blasphemia; quam imperando, voluntas conuerterit quidem ad Deum, sed inordinata est: sicut & cum opat, aut imperat homicidium, inordinata conuerterit ad proximum, & sic de aliis: que sunt constitutæ obiecta virtutum, quatenus termini sunt actuum voluntatis ordinatae, seu sequentis in functione sua, rectæ rationis præscriptum: sic constituantur obiecta virtutum, quatenus termini sunt actuum voluntatis in ordinata, id est, exercitanti in actu suum contra rectæ rationis præscriptum. Cumq[ue] hæc ita sint, duæ regula statui possunt ad generaliter de peccatis iudicandis ex ipsorum obiectis.

Prior est. Actum humanum esse moraliter malum, primamque suam peccati speciem sortiri ex obiecto in quo terminatur contra rectam rationem. Hanc confirmant tam authoritas Oœsæ, quam ratio ante propria. Sequitur autem ex ea, quod cu[m] eiusdem obiecti diuersæ conditiones esse possint, secundus quas actus libera voluntas exercantur circa ipsam contra rectam rationem: sequitur inquam, interdum fieri, ut actus, qui eiusdem sunt speciei in genere naturæ, sint in genere moris, actus & peccata diuersæ speciei: vt actus carnalis cum solua, & actus carnalis cum maritata; quorum ille est simplex fornicatio: & hic est adulterium.

Posterior regula est. Quod vnum peccatum in sua specie grauius sit quam alterum in sua, provenire ex obiecto ipsius. Hæc probatur, quia trahendo speciem ab obiecto, trahit & illa, per qua sine secundum excessum, sine secundum defectum distinguuntur in sua specie ab iis quæ eiusdem sunt generis. De qua re nonnulla Theologischolasticæ subtiliter dispatiant, ipsi relinquent additis aliis spectantibus ad ultimum p[ro]minentia nobis propositum.

Quorum i. est non omnia peccata esse æqualia, sed alia alii grauioræ ut aperte colligitur ex factis literis March. 5. vbi Christus constituit diuersos gradus peccatorum, & penitentiæ debitarum; inquit: quia rascitur fratri suo, reus erit iudicio, & cætera quæ ibid. sequuntur. Item cap. 10. cum ait, Tolerabilius erit terra Sodomorum & Gomorrhæorum quam illi ciuitat. Nec est quod quis dicat, ex eo loco tantum haberi, quedam peccata esse grauioribus penius punienda quam alia. Namque iuxta mensuram peccatorum futurum in iudicio plagarum modum, patet per illud Apoc. 18. Quantum se glorificauit & in deficitis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Accedit quod Dominus ipse March. 12. verbum quod dictum fuerit contra Spiritum sanctum, faciat peccatum maius verbo dico contra Filium hominis: & quod Ioann. 19. dicat Pilato: Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

Secundum est: quando obiectum actus libera voluntatis conueniens non esse contingit ex inordinata conuersione eiusdem voluntatis in obiectum ipsum; tunc ex D. Thomas de Etica in quæst. 2. de malo art. 10. grauitatem peccati si esse attendamus ex obiecto, vt tanto grauius peccatum, quod cœfatur, quanto ordinatione amoris, in qua virtus conflictit, magis aduersatur. Sic ergo quia ordinatus amore debemus plus diligere Deum, quam proximi vitam in actu: & hanc, quam vitam in potentia: & hanc rursus, quam bona externa, inquit D. Thomas idolatriam, blasphemiam & cætera peccata in Deum, reputanda esse ex sua genere grauissima: & peccatum homicidij, quod tollit aequalem homini vitam peccatum esse grauius peccato luxurie, quod opponitur virtute hominis in potentia, per inordinationem quam ponitur actu generationis humanae: ultimum vero locu[m] tenere peccata, per qua proximus leditur in bonis externis: siue honoraris, vt per infamationem & detractionem: siue pecuniaris, vt per furtum & rapinam.

Cumq[ue] in singulis horum generum, varijs sint gradus peccatorum, que à quibus supereruntur D. Thomas addit[us] est quoque ex mensura charitatis & stimendum: nimirum ut peccatum cœfatur tanto grauius, quanto virtutis bonum cui opponitur, debet ex charitate magis amari. Cum autem vnum idemque est bonum virtutis, cui diuersa peccata opponuntur: vt quando ipsa sunt actus extremitum vitiorum, in quorum medio virtus conflitit: vnumque per excellum, & alterum per defectum tollit mediæ virtutis moderationem: tunc illud ex eis grauius est, quod virtutis ipsi media magis repugnat: vt cœfetur illud, quod est actus virtutis per defectum, quando virtus ipsa tanquam calcar, instituta est ad hominem impellendum, velut liberalitas: & ita peccatum avaritiae cœfetur grauius peccato prodigalitatis. Quando autem virtus tanquam frænum instituitur ad retrahendum hominem: tunc actus vitij per excellum, cœfetur grauius: vt superbia quam animi desiderio: quia humilitas virtus media, instituta retrahendum hominem ab innani appetitione glorie.

Verumtamen sic accipienda sunt hæc, vt cætera debeant paria esse. Nam cum ex eod. D. Thomas ibidem, grauitas in peccato attendenda sit non modo ex obiecto, sed etiam ex effidente, id est, ex depravatione voluntate: arque ex circumstantiis quæ essent alii malitia ex obiecto derivatae, accidentale ad dunt: fieri potest vt peccatum quod in sua specie ex obiecto est minus graue, quam alterum: sit magis graue ex depravatione voluntate ex cœstabilitate. Sicut enim peccatum homicidij grauius est quam blasphemia: quia profetur voluntate non plenè delibera: & furtum quo reip[ublica] spoliatur, peccatum est maius homicidio, quo aliquis insigne furti homo occiditur.

Tertium est: cum virtus & peccatum ei oppositum versentur circa idem obiectum: atque vt grauitas peccati in sua specie, sic præstantia virtutis in sua sumatur propriæ ex obiecto: peccatum illud in sua specie grauius dici à D. Thoma i. 2. quæst. 7. art. 4. quod præstantior virtuti repugnat. Id quod intelligendum est, caro ejus omnibus partibus, ac comparatione facta inter maxima peccata opposita ijs virtutibus, quarum una alteri præstare ponitur: vt verbi gratia inter iniustiam qua evenerit respub. & intemperiam, qua peccatur contra naturam. De qua re nonnulla Theologischolasticæ subtiliter dispatiant, ip[s]i relinquent additis aliis spectantibus ad ultimum p[ro]minentia nobis propositum.

C A P V T II.

De circumstantiis in genere prout ex ea malitia in actum humanum derivatur.

S V M M A R I V M.

7 Denome circumstantia, unde translatum sit ad h[ab]ere disciplinam.

8 Accidentia humani actus, quadam sunt naturalia, & quadam mortalia: hecque non illa significantur nomine circumstantiarum.

10 Quidam notanda pro iudicio de peccatis ex circumstantiis.

11 Explicatio singulorum nominum quibus circumstantie indicantur.

12 Moralis effectus circumstantia circa actum humanum.

13 Circumstantia nonnunquam in finitum, nonnunquam in infinitum minuit peccatum.

14 Nonnunquam vero auget in infinitum, nonnunquam in finitum.

N Orat D. Thomas in 1.2. quæst. 7. art. 1. vocatas esse circumstantias, appellatione ab eis quæ sunt in loco, translatas ad actus humanos. Propriæ enim ea circumstantie dicuntur, quæ rem in loco existente extrinsecus attingunt, aut ei propinquæ sunt. Itaque per quandam similitudinem Theologi circumstantias humanorum actuum vocant illa, quæ ad actus

Ipsos ita pertinent, ut esse omnia ipsorum minime attingant. Cumque actus humani essentia consistat in hoc, quod ab homini libera voluntate exercetur, circa aliquid obiectum; certa quae ad eundem actum attinent ultra hominem ex libera voluntate agentem, & obiectum circa quod is agit, sensu rurilius circumstantia, accidentia.

Naturalia quidem, si nihil ad hoc conferant, ut si ipse actus magis vel minus sit consentaneus rei ratione: aut contra, ab hac magis vel minus differantur: sicut censentur nihil conferre illa, ex quibus bonitas vel malitia ipsius, nec augetur nec minuitur. Moralia vero, siad ipsum conferant aliquid: ut censentur ea, ex quibus augetur vel minuitur bonitas vel malitia. Atque ita fieri dextra aut sinistra manu, ante vel post meridiem, dicuntur accidentia naturalia fortis: qua malitiam ipsius neque augent neque minuantur. Fieri vero in loco lacro, vel in magna quantitate, dicuntur accidentia illius moralia, quia augent malitiam ipsius. Sola autem moralia, cum naturalia nihil faciant ad malitiam peccati, sunt circumstantiae, de quibus nobis institutus est sermo. Quatum considerationem in primis necessariam esse in praxi fori penitentialis, aperi constat ex ea. Consideret De penit. dist. 5. & ex ea. Aut facta, in praed. dist. 1. & ex cap. Omnis virtus; fexus de penit. & remiss. & ex cap. Sic dignum de homicidio: ac deum ex Conc. Trid. in fest. 4. ca. 5. & can. 7. In quo cap. expressè habetur, eas circumstantias in confessione explicandas esse: quae peccati speciem mutant: eo quod sine illis peccata ipsa, neque a Penitentia integrè exponantur, nec iudicibus innotescant; neque tamen fieri de quantitate eximum rei censentur possint, & ponam quae oportet pro eius imponere penitentiibus. Quia de causa idem Concilium tanquam à ratione alienum merito reprehendit, quod imprudenter aliqui dixerint easde circumstantias ab hominibus omissis excogitatas esse.

Iam vero quod & quae sint circumstantiae D. Thomas explicat in cit. quest. 7. art. 3. inquisiens septem à Cicerone assignatas esse hoc versu comprehensas.

Quis, quid, vii, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.
eisque Aristotele in additio ocauam, circa quid, quam Cicero complexus sit sub quid, atq; octonarium illum numerū sic colligi posse. Circumstantia dicitur ex eo, quod sit extra substantiam essentiam actus humani: ita tamen, ut aliquo modo illum attingat. Attinget autem vel tanquam mensura, vel locus & tempus, in quibus homo actum ipsum humanum exercet: unde oriuntur vbi, & quando: vel attinget tanquam modus quo homo agit: unde sumitur quomodo: vel attinget tanquam ipsius causa: que vel est efficiens principialis, & constituitur circumstantia quid; vel est efficiens instrumentalis, & constituitur circumstantia *Quibus auxilijs*: vel causa finalis, & constituitur circumstantia cur: vel est causa materialis seu obiectum, & constituitur circumstantia circa quid: vel denique attinget tanquam eff. actus ipsius: unde sumitur circumstantia quid. Siue sunt octo circumstantiae, tres ex parte actus secundum se: quatuor ex parte causarum, & vna ex parte effectus eiusdem actus. Quod autem Palud. in 4. & D. Anton. 3. part. ille dist. 16. quest. 3. & hic iii. 17. cap. 17. s. 4. addunt Quoties, Catenanus ad cit. D. Thomae locum retinet ex eo, quod numerus non unius sed plurimorum simul actuum sit accidens: & circumstantiarum nomine significentur accidentia quae in unum eundemque actum cadere possunt. Quanquam merito addi potuit, habita ratione eorum quae ad integratem confessionis spectant: quia censentis non minus tenetur de secundo peccato confiteri, quam de primo eiusdem speciei; nec minus de centesimo quam de quocumque alio.

Prænotanda in iudicio de peccatis ex circumstantiis.

SECTIO I.

IN praxi autem, indicantem de peccatis ex circumstantiis, liuabit sequentia prænotasse.

Primum est: circumstantias dari, non tantum consensus exterioris seu actus à voluntate impetrati; sed etiam interioris consensus efficacis (*propositam peccandi vocant*) in quem malitia actus externi: tanquam obiecti ipsius, rotunda eriuatur: sicutque sit, ut quod in Conc. Trid. loco cit. habetur: dari in quam circumstantias mutantes peccati speciem, utriq; illi consensus similiter conueniat. De interiori vero consensu ineffaci, qui dicitur simplex complacencia, non est eadem ratio: quia

cum is consummetur in voluntate abīque ordine ad actum externum, non ex hoc, sed ex propria repugnantia, quam habet cum aliqua virtute, malitiam peccatiq; speciem accipit: vt simplex complacencia in cogitatione turpi, ex repugnacia cum castitate.

Secundum est: non omnes memoratas circumstantias intenierit in quo quis singulari actu humano: potest enim talis aliquis actus non habere finem externum, significatum per circumstantiam *Cur*; ut patet ex amore quo Deus propter se ipsum solum amatur, & ex actu temperante, quem quis id eo solum exerceat, quod amet vitam temperatam.

Tertium est: circumstantias dici accidentia humanorum actuum, non quod his inhærent: quia nulli earum id contingit nisi circumstantiae, *Quomodo*, propterea quod res & modus rei, vnum idemque sunt: sed quod extrinsecus, illis quasi adiacendo, tribuant quoddam accidētale esse morale: id est, esse ratione consonantem; ex quo consurgit accidentalis aliqua bonitas vel malitia, iuxta antedicta.

Quartum est: circumstantiam *Quis*, significare personam agentem: non quidem ipsam secundum se, quoniam ea ratione ad actum huius unum intrinsecus requiritur: sed secundū ipsius qualitatē seu accidentalem quandam conditionem statum ve, aliquid conferentem ad actus bonitatem vel malitiam moralem; quales conditions sunt: Clericum esse vel laicum: religiosum vel sacerdotem: magistratum priuatum; & aliae, quae fuerint similliter qualitates hominis ex deliberata voluntate agentis, augentes vel minuentes bonitatem vel malitiam actus quem ipse liberè exerceat. Circumstantiam vero *Quid* significare est: etum qui consequitur perpetrationem peccati: nimirum nocumentum, quod peccatum adserit, sive in bonis honestis per culpe maculam, ac vice turpitudinem, aut studiorum iacturam, aliudve simile: sive in bonis delectabilibus per plagis, mortem, ac alia corporis & vice incommoda: sive deum in bonis utilibus, & honorariis per decus & famam: tum pecuniaris per amissionem bonorum mobilium, eversione & diffusione, damnum in mercionio, vel opificio, & aliud huiusmodi.

Circumstantiam vero *vbi*, denotare locum, non quidem ipsum secundum se, sed secundum quandam suam qualitatē, conferente in aliquid ad bonitatem vel malitiam morale actus humani: ut ipsum esse lacrum, vel prophaniū: publicum vel priuatū. Præterea circumstantiam *Quando*, denotare tempus, non ipsum secundum se, sed secundum quandam qualitatē praecedenti similem: nempe ipsum esse sacrum vel publicum: Item circumstantiam *Cur*, significare finem externū: qualis est cum quis bonum aliquod vult proximè propter ipsius bonitatem, & remotè propter aliud: id est, vult referendo ipsum ad aliud. Exemplum est cum quis alteri quod suū est reddere vult, proxime quia id honestum est; & vterius vult idem, propter Deum: in quo casu actus volendi duplice habet bonitatem, vnam primariam ex obiecto suo; nempe bonitatem actus iustitiae: & alteram secundariam ex fine extero, nempe bonitatem actus charitatis.

Porro circumstantiam *Quibus auxilijs*, significare externa adiumenta, quibus tanquam instrumentis actio perfecta est: ratione quorum, eiudem actionis bonitas vel malitia augetur vel minuitur: sicut tentatam esse alicuius puellæ pudicitiam malis & verberibus, grauius malum est, quam esse tentatā blasphemias, & muneribus. Deinde cum ex Nauar. ad prin. cap. Consideret De penit. dist. 5. num. 5. circumstantia hæc sit eadē cum illa quam aliqui vocauerant *Per quos*, significare etiam personas eas, quas quis dum peccat facit peccare; ita ut sit peccati illarum particeps. In quarum personarum numero ponit illi, qui adhibiti sunt mediatores ad malū perpetrandum, & illi cum quibus, pro quibus, aut contra quos perpetratum est, ex D. Anton. loco supra citato.

Adhæc circumstantiam *Quomodo*, sic accipiendam esse, ut complectatur omnes illos humani actus modos, qui bonitatem vel malitiam ipsius augent vel minuant: quales sunt: i) quos ex eo accipit, quod agens agat vehementius vel temerarius aut cum maiore vel minore scientia, vel ex liberalitate: aut ex infirmitate, vel ex pura malitia: aut deum ex ignorantia, vel ex plena deliberatione. Denique circumstantia *Circumstantia*, significare obiectum, circa quod actus humanus exercetur; estq; vel aliqua persona patiens, ut in homicidio, adul-

terio, & nonnullis aliis, vel res aliqua, vel bonum honorarium in detractione: bonum pecuniarum in furtu: sic de multis aliis. Atque persona aliqua, non quidem secundum se sed secundum aliquam suam qualitatem, qua augetur vel minuitur bonitas, aut malitia actus humani: cuitusmodi sunt persona, dignitas, conditio, seu status: grauius enim ceteris paribus peccat, qui Sacerdotem, quam qui laicum: & qui magistrorum, quam qui pratum hominem vulnerat. Res item aliqua: non quidem secundum te nec secundum conditionem aliquam ipsius necessariam ad constitutionem obiecti actus de quo agitur (sicut ipsam rem esse alienam conditio est ei necessaria ad constitendum obiectum fert); sed secundum quantitatem, id est, secundum quod ipsa est maiore vel minore quantitate: aut secundum qualitatem non spectantem ad talis obiecti rationem: qualis conditio est, rem ipsam pretiosior est, aut vilior: rem: aliove huiusmodi ex quo bonitas, aliqua, vel malitia in humanum actum deriuatur.

12. Quidam quod animaduertere oportet est: cum quavis circumstantia, quatenus circumstantia est, debeat aetui humano tribuere aliquam bonitatem vel malitiam: cuilibet earum conuenire, vel actum esse alioqui differentem reddit bonum, vel malum moraliter: cumque repugnante nequeat eidem simul esse, nunquam circumstantia in tribuere actum vel bonus sit; quin prius spoliat eum malitia contra, si quam habeat: neque vel malus sit, quin contraria bonitate priue: alioqui enim oporteret eundem actum simul esse moraliter bonum, & malum, laude & vituperio, pramio & supplicio dignum: que inter se pugnant.

Sextum est: interdum contingere ut accidentis quod est pluribus aetibus humanis commune, comparatione unius eorum, habeat rationem circumstantie, non item comparatione aetius exempligrasia: primum, manu, quod esse potest accidentis ut homicidij tunc commissum: tunc actus interperante, quo tunc aliquis ingurgitando se cibo, tunc in iudicium ab Ecclesia violat: comparatione prioris actus non habecrationem circumstantie, quia ne auget nec minuit ipsius malitiam: comparatione posterioris vero habet: quia eius malitiam auger.

Septimum est, circumstantiam ignoratam inuincibiliter, & quae nullo modo praevisa est, aut praevidetur potuit: quia in voluntatem libera non cadit, habendam esse pro non morali, tanquam nihil conferente ad bonitatem, vel malitiam in orealem.

13. Postremum est: circumstantias minuentes peccatum non nunquam minuere tantum in finitum: ita scilicet ut id quod mortale est de se, perfueret tale: velut furtum 100, aureorum ex eo quod commissum sit ab inope, minus quidem est ex circumstantia agere, quam si commissum esset ab opulento; sed non ideo definit esse mortale. Non nunquam vero minuere in infinitum: cum scilicet id quod esset alioqui peccatum mortale, faciunt peccatum esse tantum veniale, aut etiam actum virtutis, vel faltem nullum peccatum. Quo modo furtum, quod est ex suo genere peccatum mortale: ex circumstantie obiecti, nempe ex paruitate rei, quae surripitur, peccatum est tantum veniale. Item quodcumque aliud ex suo genere mortale, si veniale, ex circumstantie modi, quo exercetur sine pleno ratione iudicio luxuria antedicta lib. II. num. 4. Itemque occidio hominis, que alias est peccatum mortale, actio est virtutis instituta, ex debitis circumstantie personae tam agentis, quam patientis, & finis exterior aliamque circumstantiarum: ut ea per sententiam Iudicis, reus tali pena dignus, legitimè occiditur. Adeo munus superatio rerum alienarum in extrema necessitate, & occidio hominis, ad vitę proprię defensione ac cum immoderatione inculpatæ tutelæ & cetera eiusmodi in quibus virgens nesciassent, vel alia legitima causa excusat, nullum peccatum sunt.

14. Similiter circumstantias nonnunquam augere malitiam tantum in finitum, id est, solummodo venialiter: ut festinatio superaddita prepostere sumptioni cibi, tanquam circumstantia modi, malitiam ipsius auget venialiter. Nonnunquam vero augere in infinitum, seu mortaliter: quod fieri potest, tanta etiam in speciem, ut accidat in furto mille aureorum, cui quantitas (que circumstantia est obiecti) supra malitiam furti quam ipsum haberet in minori quantitate commissum, addit malitia in mortalem eiusdem speciei, nempe speciei furti: tanta

murando speciem, id est, primæ, essentialique malitiae ipsius addendo accidentalem alterius speciei: ut vnuenit homicidio, quod commititur in loco sacro. Illi enim ad malitiam suam essentialiem circumstantia loci sacri addit malitiam sacrilegij, quod est peccatum specie diuersum à peccato homicidij. Sunt autem aliquot regulæ, per quas cognoscitur quando ex circumstantiis augetur, vel minuitur peccatum, siue mutando, siue non mutando speciem: quas, antequam ad ea veniamus, quæ singularem circumstantiarum sunt propria, proponere oportet.

CAP V T III.

De generalibus regulis cognoscendi; quatenus peccatorum malitia ex circumstantiis augetur, vel minuitur.

S U M M A R I U M.

15. Circumstantia ex qua augetur vel minuitur liberum, augetur vel minuitur quoque peccatum.
16. Circumstantia dissentanea declarationi, actu cui accedit, tribuit primam malitiam, aut eam auger.
17. Quando circumstantia mutando speciem, & quando intratam speciem auget peccatum.
18. Ratio distinguendi inter circumstantiam mutantem & non mutantem speciem.
19. Ratio quæ ex circumstantia minuitur peccatum.
20. Actus ex aliqua circumstantia malus nulla superadditione aliarum circumstantiarum, potest conferi bonus.

Prima regula est, Circumstantiam, ex qua augetur liberum in actu peccandi, augere etiam, peccandi malitiam. Hæc probatur: quia in actu malo ratio peccati sic sequitur rationem liberi, ut illa sublatâ, hæc quoque tollatur 15. quest. 1. cap. 1. illaque audiat, hæc consequitur augetur; & diminuitur. Augetur autem liberum in actu peccandi, per circumstantiam modi, prouenientis ex eo, quod actus ipse exerceatur cum maiore voluntatis propositione, & libertate: aut cum pleniore iudicio, & aduentoriæ rationis iuxta doctrinam traditam in precedenti lib. 1. fere pertinet.

Secunda est. Omnem circumstantiam rectæ ratione dissentaneam: conferre humano aetui vel primam malitiam, vel illius augmentum. Hæc patet: quia nullam alioqui conferret, quod est contra rationem circumstantie, exandictis. Pro huius item plena intelligentia quedam sunt notanda. Primum est, triplicem distinguere possunt actus humani bonitatem, unam moralem, alteram naturalem, & tertiam supernaturalem. Atque ut naturalis in eo consistit, quod actus ipse sit ab homine secundum facultatem ipsius naturalem, perinde scilicet a frigescendo est ab aqua secundum suum naturale frigescere, que supernaturalis in eo, quod sit secundum habitum gratiae & charitatis, sufficiens ad merendum apud Deum: sic iam moralem bonitatem in eo consistere, quod sit secundum rectam rationem directricem morum, seu actionum liberatum hominis.

Secundum est, vnum eudemque actum humanum habere posse varias repugnantias cuin recta ratione: illa que contrahere ex iis ad quæ tendit ac se extendit tanquam ad terminos suis, siue primarios: quæ sunt ea quæ constitutus eiusdem actus obiectum: siue secundarios, quæ sunt circumstantie. Tam enim hæc, quam illa per actum ipsum humanum volita, communicant eidem, illam quam continent repugnantias cum recta ratione, sicut ve in orealem malitiam, iuxta illud Osee 9. Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt.

Tertium est: cum bonum sit ex integra causa & malum ex singulis defectibus ex D. Dionysio in cap. 4. De divinis nominibus viam solam circumstantiam prauam, seu alienam à recta ratione, etiam reliquæ sunt bona vel non male, facere actum malum: & quo plures fuerint eiusmodi, eo grauiter esse malitiam.

Quartum est: sicut iuxta precedentem regulam, malitia actus humani augetur per intentionem illius ex intentione liberi: sicut iuxta hanc augeri per extensionem illius; prouenientem ex eo, quod idem actus extendatur ad plura, quæ sunt aliena

aliena à recta ratione; unde in eo malitia additur malitia: nē pe malitia, quam ex obiecto suo contrahit, superadduntur malitia, quas idem accipit ex suis circumstantiis. Quod quidem augmentum, veliam ante attigimus, potest dupliciter fieri: uno modo, intra eandem speciem; altero modo, mutando speciem: quod quando contingat necessarium est Confessio scire. Ad illud autem docendum statuit sequens regula, quam D. Thomas attigit in 1. 2. quæst. 18. art. 11. & q. 72. art. 9. & quæst. 2. de malo art. 6. & 7.

17. Tertia regula est. Circumstantiam que secundum se considerata, pecuniam aliquam, præter eam que obiecti est, repugnantiam habet cum recta ratione; augere malitiam in eodem modo, mutando peccati speciem: eam verò que secundum se considerata, non habet aliam repugnantiam; sed solum supposita conditione obiecti, per quam ipsum pugnat cum recta ratione, malitiam augere intra eandem peccati speciem. Ratio huius est, quia sicut actus humani malitia absolute estimatur ex obiectorum repugnantiæ cum recta ratione: ex quibus in eundem malitia ipsa derivantur: ita & augmentum eiusdem malitia estimandum est ex simili repugnantiæ circumstantiarum, ex quibus ipsum provenit: nēpe ille talis repugnantiæ circumstantia, fuerit diversa ab alia priori; augere actus humani malitia mutando speciem: si vero diuersa non fuerit, augeatur intra eandem speciem.

18. Quod ut plenus intelligatur notandum est circumstantias peccati esse in duplii differentia. Nam aliae sunt, quæ nullam quidem in se, absolute que considerata, repugnantiam habent; cum recta ratione ex suppositione tamen aliquius conditionis obiecti habent aliquam: cuiusmodi est hæc furi circumstantia; rem que surripitur maloris pietii esse, quam alia non.

Tale quid enim absolutè quidem, nullum in se includit circumstantia vel repugnantiæ ordinem ad rectam rationem: ex suppositione tamen conditionis eiusdem rei: prout quod sit aliena (per quam est furi obiectum pugnans cum recta ratione) ipsius habet repugnantiam, per quam hic augetur furi malitia, ut grauius peccatum sit furari rem maioris, quam minoris preti. Ac quæ huius generis sunt circumstantia, dicuntur augere peccatum intra eandem speciem. Aliae vero circumstantia sunt, quæ absolute consideratae continent in se repugnantiæ cum recta ratione: talesque augent peccatum mutando speciem: quia nimur eidem addunt repugnantiæ ordinem, aliam ab eo in quo consistit primaria ipsius malitia.

Quod quando contingat ex duplice signo cognoscitur. Alterum est, siactus humanus repugnet cum aliquo præcepto, cum quo lubet: et circumstantia non pugnaret: prout furtum rei factæ, præterquam quod pugnat cum præcepto. Non furtum facies, pugnat etiam cum præcepto de tractandis cum reverentia rebus Deo sacris. Cuius signi fundatum est; quod cum ratio rei studinum accipiat ex præceptis: sanè que pugnant cum præcepto, pugnant etiam cum recta ratione: & quæ pugnant cù nouo ac diuerso præcepto, habent nouum ac diuersum proportionaliter repugnantiæ ordinem ad rectam rationem. Alterum signum est: siactus ob circumstantiam, peculiariter repugnet aliquis speciali virtuti: prout furtum factum ad tentandam pueræ pudicitiam, præterquam quod ex obiecto repugnat iustitia, repugnat quoque castitati ex circumstantia finis. Cuius item signi fundamentum est, quod sicut virtutes sunt inter se diuersæ rationes, ita & malitiae a actu humanorum (quæ hæc habent repugnando illa) diuersæ sunt rationis: ita ut circumstantia ex qua peccatum acquiratur repugnantiam cum noua virtute, mutet illius speciem, id est, nouæ speciei malitiam ei communicet.

19. Quarta regula est. Circumstantiam minuentem liberum in actu peccandi, minuere quoque peccatum. Huius eadem est, quæ primæ antecedentis ratio. Ceterum circumstantia minuens liberum in actu peccandi, est circumstantia modi, consenserit in eo, quod actus ipse cum minore voluntatis conatu & libertate, aut cum minore iudicio & aduentientia rationis exerceatur.

Quinta regula est. Omnis circumstantia absentiam minuere peccatum, cuius præsens illud augent. Hæc intelligitur de diminutione secundum extensionem: sicut proxime precedens de diminutione secundum intentionem. Ex eo que manifesta est, quod quoties aliquid ex aliquius positione

crescit, ex eiusdem amotione minuitur. Adverte autem istiusmodi diminutionem peccati cum preuenit ex absenti circumstantiarum, quas ante diximus augere peccatum mutando speciem: non fieri, quasi tollaturaliquis gradus malitiae, quam aetas peccati habet ex obiecto suo: sed hoc tantum nomine, quod eidem malitia non sit superaddita alia, quam actus ipse contraxisset ex praesentia circumstantie absentis: ita videlicet si tali modo minuere peccatum, atque non augere illud.

Postrem regula est. Actus humanum nullam posse recipere veram bonitatem ex suis circumstantiis rectæ ratione consentaneis, si vel ex obiecto, vel ex aliqua alia circumstantia malus sit. Confirmatur hæc, per illud D. Dion. in cap. 4. De diuis nominibus. Quod bonum sit ex integra causa. Inde enim consequens est tunc actum humanum veram bonitatem habere, vel non habere; cum habet vel non habet integrum causam bonitatis. Deinde is actus bonus est moraliter, qui exercetur prout secundum rectam rationem debet hic & nunc exerceri. Hoc autem non accedit actu habeti aliquam malitiam vel ex obiecto, vel ex aliqua circumstantia. Quare non potest habere veram bonitatem, quantumcumque aliis bonis circumstantiis vestitur. Potest tamen accipere illam falem malitiae diminutionem impropriam, quæ peccatum dicitur diminui per id, quo impeditur ne augeatur: ut censetur impediti per bona circumstantias, quibus male excluduntur. Ad cuius rei confirmationem faciunt cap. Primum est, & cap. Mihil autem 22. quæst. 2. Atque ex dictis suis intelligitur eum qui de gravitate peccatorum tum secundum se, & ab aliis comparatur, seu quod, quo grauius sit, iudicatur vel in modo considerandum esse obiectum, sed etiam circumstantias omnes: quandoquidem illud, quod ex obiecto levius est, potest ex superadditis circumstantiis grauius alio; atque adeo in se grauiissimum esse.

CAPUT IV.

De circumstantia Quis, seu principalis agentis.

S V M M A R I V M.

21. Duo casus in quibus peccatum mutando speciem, mortaliter aggrauatur ex circumstantia persona agentis.
22. Definitio scandalum cum diuisione eiusdem in actuum & passuum.
23. Quando scandalum dicatur pure actuum, quando pure passuum, & quonodo mixtam.
24. Scandalum actuum peccatum est mortale nisi inaduentia aut levitas materie excusat.
25. Quando scandalum quod per accidentem tantummodo actuum est, peccatum sit mortale.
26. Ad tale peccatum non sufficit actionem esse de se scandalosam, nisi quod coram quibus exercetur, occasionem accipient ruendi.
27. Quando scandalum actuum per se peccatum sit mortale.
28. Persona agentis dignitas aggrauat peccatum intra eandem speciem.
29. Aggravatio peccati per scientiam, conscientiam vel etatem agentis.
30. Quod ea sit intra eandem speciem.
31. Ex sanctitate agentis aggrauari peccatum, quomodo debeat accipi.
32. Ex autoritate peccantis aggrauari peccatum.

Q Vatenus ex circumstantiis in actu humanum malitia deriuetur, præcedentes regulæ in genere edocent: sed quia non deriuatur similiter ex omnibus; adhuc de unaquaque illarum sigillatim tradendum est, quatenus talen malitiam in actu humanum effundat. Ac de prima, quæ est principalis agentis, docendum est primum, quando aggrauet intra eandem speciem.

PRIOR PARS CAPITIS.

In qua doceatur, quando circumstantia, Quis, aggrauat peccatum mutando speciem.

I Ntercasus in quibus contingit illiusmodi aggravatio peccati, duo præcipue obseruandi sunt, in quibus solis ea sit in infinitum, seu agendo peccatum noua specie peccati mortalis.

21. Alter est, cum personæ aliquid nec sibi incumbit ratione conditionis sui status: ut cum quis ob vetum, vel officiū suum ad aliquid speciali precepto adstringitur sub pena peccati mortalis; sicut adstringuntur Religiosi ad seruandam castitatem, pauperitatem, & obedientiam quam voleant: ita ut in illis peccata luxuria, avaritia, & inobedientia ex circumstantia personæ agentis, aggrauentur noua species peccati mortalis; nempe facilem. Alter casus est, quando persona agens dat scandalum in casu in quo scandalizare est peccatum mortale.
22. Vt autem intelligatur quando talis casus occurrat, prænotandum est, quod ex D. Hieron. ad cap. 15. D. Matth. habet D. Thomas 2.2. quæst. 43. art. 1. Scandalum definiri dicitur vel factum vel omissionem præbens alteri occasionem ruinæ spiritualis, seu lapsus in peccatum. A que talem occasionem esse posse, vel datam vel acceptam: ac datam ceperit, quando quis alliquid dicit vel facit quod malum est, vel speciem mali habet: acceptam verò dici, cum aliquis de dicto vel facto alterius scandalizatur. Luxuria quam dupl. cem. occasione in duplex distinguunt scandalum; unum actualium, & alterum passuum. Quorum illud est, cum alicuius dictum vel factum, alteri est de se causa peccandi: vt contingit quando quis dicendo vel faciendo intendit inducere alium ad peccandum: aut etiam si non intendar, dictum tamè vel factum ipsius tale est de se, ut inducendum sit ad peccandum: censetur prava colloquia, de quibus habetur illud à D. Paulo citatum in priori ad Corinth. cap. 15. Corrumptum bonos mores colloquia prava. Hoc verò est, cum alicius dictum vel factum, alteri est per accidens causa peccandi: vt accidit cum præter intentionem operantis, ac conditionem operis, aliquis male in se dispositus, ex alterius dicto vel facto inducitur ad peccandum: ut cum quis alterius recte facta vel dicta videns vel audiens, tangit inuidia.
23. In quo casu, scandalum est purè passuum: sicut est purè actualium, cum quis dicto vel facto inducit alium ad peccandum, qui non consentit: & est scandalum mixtum ex vitroque, cum radice inductionem unius, alter peccat. Atque purè actualium, est scandalizans peccatum, oppositum correptioni fraternæ, qua proximus à peccando retrahitur. Passuum autem est peccatum scandalizans: siquidem nihil est aliud quam ipsum peccatum in quo quis ruit, accepta occasione ex alterius dicto vel facto. Vnde scandalum quidem actualium, peccatum est speciale, ut pote contrarium speciali virtuti, nempe charitati, iuxta illud ad Rom. 14. Si propter cibum fratertius contristatur, iam non secundum charitatem ambulat: non autem scandalum passuum, quod non importat speciale deformitatem speciali virtuti oppositam: sed per omnia peccata vagatur: aut potius est quodcumque peccatum, quatenus ex scandalo actualio ortum ducit. Denique mixtum scandalum, est peccatum scandalizans quam scandalizans. Cū autem haec ita sint: quætere quando occurrit casus in quo scandalizare sit peccatum mortale, idem est ac quætere quando scandalum actualium, sit peccatum mortale.
24. De qua questione tenendum est ipsum esse peccatum mortale ex suo genere, prout patet ex Diuī Matt. cap. 5. vers. 19. & 30. & cap. 18. vers. 6. & aliquot sequentibus sex Epist. ad Rom. cap. 14. sub fine; ex priori ad Corinth. cap. 8. item sub fine, & ex eo quod ipsum genere suo sit charitati contrarium. Ex leuitate verò materia vel ex inadvertentia que tedit consensus voluntatis semiplenum & imperfectum, fieri veniale: quod quando contingat ex parte quidem dicti inaduentientiae intelligendum est ex præced. lib. 11. c. 4. notab. 3. cap. 5. in explicatione 3. regula. Ex parte vero levitatis materia intellegitur ex doctrina quam D. Thomas habet in sequenti art. 4. quaque Angelus & Sylvestris reliquaque Summulari communiter sequuntur in verbo Circumstantia. Ea est autem, quod cum scandalum actualium duplex sit, unum per se & alterum per accidens: cum fuerit per accidens (vt censetur quod est absque intentione inducendi alterum ad peccandum) tunc peccatum esse tantum veniale cum quis leuit, aliqua indiscretione committit actualum venialis peccati; vel actualum qui non est quidem de se peccatum, habet tamè aliquam mali speciem.
25. Tunc vero esse peccatum mortale, cum quis committit actualum peccati mortalis, aut contemnit salutem proximi: vt censetur si pro ea conseruanda non omissit animo suo ob-
- obsequi in agendo quod habet in voluntate. Exemplum est, mulier quæ credens vel aduertens certam aliquam personam (secus istam generaliter, & indistincte aliquam personam, ex Nauarr. in Enchiridio cap. 14. num. 31. vers. Dixi sexto, & paulo inferius lit. D. vers. 7) ipsa affecta habituam animum peccandi: illi citamve concupiscentiam, illa sine rationabilis causa, quæ sit etiam neccasitas eundi ad Missam, aut coruendandi cum vicinis & affinis, ne inurbana habeatur ex eod. Nauarr. in præced. num. 30. indifferenter se a spicendam offert: non quidem ut illum in talis concupiscentiam inducat, quod pelus esset, & per se peccatum, etiam si alterius scandalum non sequeretur: sed ut satias faciat sue voluntari discurrendi per vias, manenit in ostio vel fenestra domus, ut sua pulchritudo landetur, aut ob aliquam aliam vanitatem. Similiter vir qui habet nimiam familiaritatem cum aliqua persona suspecta, unde existimat homines scandalizari, indicando & loquendo nefaria de ipsi: neque de eo curans perseuerat in tali familiaritate, nulla necessitate compulsus: sed solum quia ita placet. Tam enim hic quam illa peccat mortaliter, ut Nauarr. expressit in cit. num. 30. & 31. post D. Anton. in 2. par. titulo 7. cap. 4. §. 4. non procul à fine: Vbi id confirmatur per verba Domini Matth. 18. Vt hominili per quem scandalum venit. Nam, inquit ipse, particula, va, importat damnationem æternam: & verbum, vñit, absolute indicat opus, quo alteri datur occasio peccandi.
- Idem quoque haberi ex verbis illis Apostoli in cap. 8. prioris ad Corinth. Si ergo scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem: indicatur in cap. 2. De noui operis nuntiatione: vbi de hac re præclarus habetur textus. Ratione etiam idem confirmatur: quia si talis mulier aut vir, fieret fore quod quis aliqua sua pia munitione impeditur perpetuare flagitium, peccaret mortaliter; salutem proximi in ea re negligens. Quare pariter peccabit sciens impedientem esse: siue non transeundo ante ipsum, & transea: siue abstinentia ab alicuius nimia familiaritate, nec abstineat, similiter peccat: quandoquidem similiter negligit salutem proximi.
- Verumamen ex Nauarr. ad cap. Considerer. De peccatis. disfin. 26. quinta §. Animaduertere num. 9. ad constitutum aliquid dictum vel factum in vera scandali specie non sufficiat illud esse actionem ex se malam, & quæ suapte naturæ occasione inveniendi præstet alii. quæsi sermo vel gestus impudicus, nisi qualitas illorum, coram quibus exercetur, reddat verosimile viti prudentis arbitrio, quod ruendi occasionem dederit. Itaque si quis per error flagitium coram illis qui similiter parati sunt ad perpetrandum: ita ut verosimile non sit quod id furetillos noua ruendi occasio: tale factum non constituerit in vera specie scandali. Hinc ex eod. Nauarr. in cit. num. 31. lit. D. vers. 7. supradictæ mulieris peccatum non videatur fore plusquam veniale, si est quem non sit conplexu turpiter exardescere, non erit quoque tale in esse qui non solum ex infirmitate, sed etiam ex malitia obnoxius sit tali passioni; captans occasionem excitandi ac fœndi in se illam, deque tali admittenda, unde cumque veniat, perinde sollicitus sic ac vsurarius de danda ad vitram pecuniam, a quo cumque petatur.
- Iam cum scandalum fuerit actualium per se: ut esse censetur coniunctum cum intentione sue directa, siue indirecta (qualis est negligentia defovere ab eo, ex quo proximum scandalizandum prævidet) inducendi alium ad peccatum, tunc peccatum est mortale: cum quis intenderit per actum aliquem, inducere alium ad peccandum mortaliter: quia in eo inest voluntas inferendi gracie damnum proximo. Tunc vero peccatum est veniale, cum quis intenderit per aliquem actum inducere alium ad peccandum venialiter. Ratio est: quia si tale quid per se committere, non est peccatum plusquam veniale, sane nec esset ad illud inducere: nisi foris per accidentem: vt cum inductione illa orietur ex granu odio, ut fieret cum grauius inuria. Nam si tunc non esset mortale ratione scandalis præcisè posset tamè esse ratione alterius malitia adiuncta: nempe odio, vel intusitatem. Aut nisi tale veniale esset de quo non possit corrigerre proximum, sit peccatum mortale (qualia esse possunt quedam peccata errata quibus pueri disponuntur ad magnam moriorum depravationem) quia tunc ut non corrigerere, sic a fôrto-
- mortale esset ad tale quid inducere.

POSTE.

POSTERIOR PARS CAPITIS.

In qua docetur quando circumstantia Quis, aggrauet peccatum intra eamdem speciem.

28. Peccatum intra eamdem speciem aggrauatur ex circumstantia. Quis, seu principalis agentis: ob dignitatem personae, iuxta cap. Homo Christianus dist. 4. o. & cap. Nulli 25. quæst. 1. & cap. 2. De translatione Episcopi sub finem. Confirmaturque ratione: quia quod persona dignior est, seu magis aucta diuinis beneficiis, eo redditum est obligatio ad obiequendum voluntati Dei, & ad parendum ipsius preceptis: ita ut contraueniendo, magis peccet: propter maiorem ingratitudinem. Id quod nobis factæ Scripturæ inculant cum docent iustitiam nostram debere abundare plusquam Scientiarum, & Pharisæorum, Match. 5. & cui multum datum est multum reperendum esse ab eo. Luc. 12. Deinde quod à Deo aucta dignitate Christiana, magis sumus obnoxii diuinæ virtutioi, non audientes Christianum nobis loquentem, quam Iudei, non audientes loquentem Moysen ad Hebr. cap. 10. ver. 28. & 29. & cap. 12. ver. 25. Tria sunt autem in quibus censetur talis dignitas confundere: primum est, Scientia, quæ comprehendit hunc consenserit, utpote que nihil aliud est, quam scientia seu cognitio nisus quam quis haberet, applicatio ad suam actionem, etiam ætas, quia si qui atate, scientia quoque alterum superare supponitur: secundum est morum sanctitatis, seu virtutis; & tertium potestas, quæ a comprehensione statas, honor, & diuitias.

29. Arque scientiam peccantis aggrauare ipsius peccatum: hoc a nimis nomine, quod tollat ignorantiam, quæ, nisi affectata fuerit ab illo excusat, ex toto, aut saltem ex parte: iuxta antedicta lib. II. cap. 2. Pateretur ex cap. Excellentissimum quæst. 3. & ex verbis Domini Luc. II. Ille fatus est qui cognovit voluntatem Domini, & non preparavit, & non fecit secundum voluntatem eius vapulabit multis &c.] Item ex illo D. Petri in 2. Epist. sub finem 2. capituli. Melius erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem retrouum conuertebat, quod illis traditum est sancto mandato.]

Conscientiam simili er agentis, sive erroneam sive dubiam, sicut & veram certam, aggrauare peccatum ipsius, patet per illud D. Pauli ad Rom. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est. Cuius sensus in cap. Omnes §. Illud vero 28. quæst. 1. traditur esse: omne quod contra conscientiam sit, & dicatur ad gehennam: seu iuxta cap. ultimum De praescript. peccatum esse mortale. Intellige autem, non quod semper peccatum sit mortale contra conscientiam agere; sed quod etiam si aliquid alias sit tantummodo veniale, aut etiam nullum peccatum; tamen quatenus conscientia dicit illud esse mortale, ipsum tale efficiatur; iuxta habita in preced. lib. 13. nu. 70. I. que non tantum conscientia existente, verè, sed etiam existente erronea, vrglossa citata cap. Omnes, ad verbum Conscientiam, annotat ex cap. Per tuas 2. De simonia. Itemque existente dubia, prout D. Thomas Quodlibeto 8. art. 13. confirmat ex verbis Eusebii tertio. Qui amat periculum peribit in illo.] Cuius sententiam in ea re ab omnibus receptam esse ait Nauar. ad princip. cap. Considerer De penitent. dist. 5. num. 54.

Ætatem quoq; agentis aggrauare posse peccatum ipsius, indicant verba Ezechie in cap. 65. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledicetur &c.] Et confirmatur ex eo, quod aetas grandior, etiam si non tollat ignorantiam excusat eum, tamē minus usum, minusque excusabilem reddat.

30. Iam isti modi aggrauationem, esse intra eamdem speciem, patet: quia peccatum procedere ex ignorantia vel ex scientia, non mutat illius speciem vt Caet. 1.2. quæst. 76. art. 4. reget deducit ex eo, quod D. Paulus in cap. I. prior ad Timoth. peccauerit ex ignorantia: & nihilominus fateatur se peccasse peccatis eiusdem speciei, cum illis quibus peccasset scienter: utpote dicens quod blasphemus fuerit, persecutor, & contumeliosus. Deinde nec circumstantiam conscientiae, mutare peccati speciem Nauar. ad princip. cap. Consider. num. 73. & sequen. confirmat posito hoc fundamento: quod ea tantum circumstantia, quæ speciali lege prohibetur mu-

ter peccata speciem. Lex enim generalis cum lege speciali concurrens, actum contra hanc factum, non dat deformitatem alterius speciei: vt homicidium factum contra speciale precepit. Non occides: ex eo quod siat etiam contra generale preceptum Declinata malo, non accipit nouam speciem. At: lex de non contraueniendo conscientia est generalis, Quare ex eo, quod actus speciali aliqui legi repugnans fiat contra conscientiam, non accipit nouam peccati speciem. De circumstantia etatis res clara est. Quis enim dixerit peccatum nouam speciem induere ex eo, quod sit a tene vel a suave commissum: presertim cum preceptum virtusque ex aequo imponatur?

Quod attingat ad sanctitatem peccantis, eam aggrauare peccatum, patet ex verbis illi's citati cap. Consideret. In gratia exitit qui plenus virtutibus, Deum omnino non timuit: in hoc enim quisque peccator sit culpabilis, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundant. Et deducit potest tum ex ante memoratis verbis D. Petri: tum ex illis Ierem. II. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit sceleris multa, &c.] Ac deum confirmit ratione: quia quod quisque maior est virtute, eo faciliter potest peccato resistere, estque magis ingratus Deo, & plus malo exemplo destruit, quos edificare debet. Vnde sequitur in ipso magis culpabile, magisque graue esse peccatum.

Quod tamen adverte intelligendum esse de sanctiore, qui peccat ex inabilitate, aut ex contemptu, aut cum scandalo proximi, aut contra suum votum. Nam si peccaret ex infirmitate vel passione (quarum illa animi, & hec corporis infirmitas dicitur 15. quæst. 1. cap. 1.) & sine periculo scandali aliorum: ac in his, quæ non sunt contra vota sua: peccatum ceteris partibus levius committeret, quam aliud malus vel minus bonus, prout statut D. Thomas 1.2. quæst. 73. & 2.2. quæst. 18.6. ut oblique ait vlt. Et confirmat primò, quia cum homo sanctus & religiosus peccat ex infirmitate, peccatum ipsum, quia non exhibet, sed ex surreptione scurpentino quodam animi impetu procedit, minus voluntarium est: cum voluntas non aeo le in illo effundatur. Secundò, quia quidquid illud malum est, faciliter absorbetur a multis ipsius bonis operibus, quæ dei beatitudinem ad miserendum propensam, multo plus consiliari, quam factum vim exasperet; vt pater ex eo, quod in 2. Paralip. cap. 19. a propheta dicitur Regi I. Saph. 1. ram quidem Domini melebaris, sed bona opera inuenientia sunt in te.] Postremò quia sanctus & religiosus ex surreptione peccans, instar eius qui fallente pede labitur, propter habitum virtutis, sustinet se quantum potest: rursumque se statim erigit: vt D. Petro contigit qui cum dixisset Nescio hominem: paulo post, cum Dominus ipsum respexisset, flere coepit amarissime. Malus vero & prophanus ob habitum virtutis, instar eius qui se præcipitat: tum grauius alluditur, tum etiam de surgen- do non cogitat.

Potestem denique peccantis aggrauare peccatum, habere ex eo quod in cap. Præcipue II. quæst. 3. dicitur: Debet in populis Prælai delinquunt, ac per hoc ipsi grauius, quam ceteri puniuntur. Id quod de Prælati quoque laicis intelligi, pater ex eo quod ipsum dicatur a Nicolao primo, ad Lotharum Regem atque eundum à confuerudine G. Eldradæ pellicis. Accedit de illis aperte scripta verba haberi Sapient. 6. Audite Reges, & intelligite, dicit L. dices suum terræ, &c. quoniam iudicium durissimum in his qui præsumunt. Exiguo enim concedunt misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Et certè cum potestas custos sit virtutis (ad hoc enim datur ut subdit in officio continetur) magis pugnat cum ratione, eum cui potestas commisit est, contra virtutem agere, quam alium.

Deinde cum bona honoraria & pecunia dentur ad bonum usum, quo plura accepit quis eo obligator est ad bene utrumcumque: ita vt magis peccet non videntis eis bene, cum necessitas exigit. Sic enim maius malum esset in ditate non facere elemosynam quam in paupere. Quando autem isti modi aggrauatio sit in infinitum nihil specialiter statuit: sed relinquit estimandum iuxta regulas distinctionis inter peccatum mortale & veniale tradendas in sequenti libro.

C A P V T . V .

De circumstantia Quid seu effectus.

S V M M A R I V M .

33. D.Thomae de Strina communiter recepta de documento aggrauante peccatum.
34. Nocumentum formā liter intentum auger peccatum, etiam si illud ex hoc non sequatur re ipsa.
35. Nocumentum interpretatiō volitum auger peccatum: non voluntū autem absolute, nihil ad illud confert, nisi data sit illius causa, de se effectu.
36. Qua liter de grauitate peccati iudicari debeat ex documento secuto: & quoniam ipsum excusat à pena quo ad Deum, non quoad homines.
37. Triplex discrimen inter nocumentum sibi, & nocumentum alteri illatum.
38. Quando nocumentum nec praeiustum nec intentum sibi illatum, perinde auger peccatum acillatum alteri.

IN cap. 2 annotatum est, effectum peccati, circumstantiam Quid, constituentem, esse nocumentum, quod consequitur perpetrationem peccati. De quo nocumento quatenus aggrauat ipsum peccatum: ita docetur ex D. Thoma 1. 2. qu. 73. art. 8.

33. Nocumentum quod consequitur ex perpetratione peccati: vel infertur ipsius peccanti, vel alteri: atque si alteri, vel praeiustum est & intentum formaliter: vt cum quis perpetravit peccatum anima nocendi, velut qui surripit artifici instrumenta suarum, cum intentione impediendi lucrum quod facit ex suo artificio; tuncque certum est pro quantitate nocimenti sequentis, augere grauitatem peccati. Cum enim tunc ipsum quoque nocumentum voluntati directe obiciatur; perinde ac aliud obiectum malum effundit suam malitiam in eiusdem voluntatis actum. Vel est quidem formaliter praeiustum, sed non nisi interpretatione intentum: vt illud quod quis scienter infert segetibus pereas transeundo: non quidē a studio eis nocendi, sed vt commodius aliquem ex iniustiis adoriat & fruicit. Atque tunc quoque nocimenti quantitas auger peccatum: quatenus scilicet peccans, ex voluntatis inclinatione ad factus meditatum, non omittit id facere unde nouit sequi tale nocumentum. Vel denique nec praeiustum est nec intentum: & tunc si per se ex peccato sequatur (sicut scandalum pusillorum sequitur ex flagito publice commissu , etiam committens nihil fori de tali damno cogitet) aggrauat ipsum peccatum: quia quicunque per se consequuntur peccatum, censentur eadē, quā ipsum voluntate fieri, eisque volita in ipso tanquam in sua causa. Quia in re quatenus ignorancia excusat, disces ex tradendis in proximè sequenti lib. num. 75.

Sicutem nocumentum ex peccato sequatur tanquam modo per accidens , scilicet perinde ac impacto in lapidem fortè obuium, sequitur ex alio cursum, non aggrauat illud, etiam si homini propter negligentiam considerandi nocumenta, qua poterant exactione sua sequi, in penam imputentur mala ea, quæ præter intentionem ipsius eveniunt, cum operantur rei illicita: vt si emitrens incaute lagittam occidat hominem, efficitur irregularis. De quo dicemus in seq. lib. 30. tra. 2. cap. 10.

Iam si nocumentum, quod ex peccato consequitur, inferatur ipsius peccanti; vel illud neque praeiustum est neque intentum: vel praeiustum quidem, non tamen intentum. Atque si nec praeiustum nec intentum, ex peccato consequatur tantum per accidens, vt sit cum quis currens ad interficiendum alterum sibi fortè strangu pedem , non aggrauat peccatum ipsum: sicut neque aggrauaret si esset simili modo illatum alterius: sicut autem consequatur per se, sicut nocumentum penarum inferni consequitur ex quicunque peccato mortali, nec etiam aggrauat quia nō ideo homicidium est peccatum grauius furto, quod illud grauiori pena quam hoc puniatur in inferno: sed potius quia homicidium est peccatum grauius, ideo grauiori pena in inferno punitur: ita vt grauitas nocimenti proueniat ex grauitate peccati: non autem hæc ex illa. Si vero

præiustum quidem sit tale nocumentum, non tamen intentum: tunc aggrauat peccatum cuī per se ex eo sequitur quia quo maiores quis penas contemnit, vt suam peruersam voluntatem impleat, eo sanè depravatiore voluntate peccat. Unde peccata Christianorum scientium illa adiunctum habere reatum penarum inferni, ceteris paribus grauiora sunt peccatis infidelium, quid ignorant. Hæc ex D. Thome de Strina communiter recepta: quibus addende sunt aliquot observationes, secundum quas eadem intelligi accipiente debent.

Prima est: nocumentum quod quis peccando alteri infire intendit formaliter, malitiam peccati augere etiam si ipsum non sequatur de facto ex huius perpetratione: quia illud, ratione cuius nocumentum auger peccatum, non est absoluē quod ex hoc illud sequatur actuū hinc patet; quia si quis prius fecit quid in se erat vt nocumentum eutare, & ipsum ex actione sua forte subsequatur, nulla accrescit malitia.

Secunda est: nocumentum præiustum censeri interpretatiō volitum, cum quis tenetur, & potest adhibiti sufficiēti diligentia illud cauere, nec cauerit: Censeri vero ab solitudo non volitum: cuī est inuincibiliter, vel probabilitate ignoratum: aut quando nulla omnino præcessit dubitandi ratio, aut notitia: qua induceretur animus ad existimandum tale ex talia actione libera securum; aut si ratio dubitandi præcessit, facta diligenti examinatione, adhuc rationibus probabilibus apparuit non securum: aut certe si nocumentum ipsum præcognitum est quidem, sed agens non tenetur omittere actionem suam (sicut Dominus noster non omisit suam ob mala securitatem ex malitia Iudeorum) ne illud ex ea sequatur. Non tenetur autem quando actio ipsa est alioquin bona, aut saltem non mala; atque necessitas vel utilitas agenti permittit ut iure illo, quod habet eam exercendi. De qua permissione iudicandum est secundum doctrinam de obligatione ad Eleemosynam spiritualem, traditam in lib. 4. cap. 25. Porro quia peccatum abeat, si desit voluntarium, certum est nocumentum absolute non volitum, nihil ad peccatum conferre.

Tertia est: vt nocumentum tanquam per se consequens ex peccato, censatur ipsum aggrauare, non esse necessarium ut sit illius causa effectus, id est, ex qua semper talis effectus necessarij sequatur: sed satis esse, vt causa sit sufficiens: sicut flagitium publice perpetratum, causa est sufficiens scandali; quia quantumcumque ne no ex tali perpetratione scandalizaretur; effettu tamen peccatum ceteris paribus grauius ratione scandali, cuius dandi fuit causa sufficiens, quam fuisse, si ipsum occurreret commissum esset.

Quarta est: in iudicio de grauitate peccati ex nocumento quod ex ipso sequitur; rationem habendam esse, non tantum quantum nocimenti, sed etiam negligentiam commissam in eo cauendo; ac modi quo illatum est: ad iudicandum scilicet de data aut non data sufficienti causa. Alter enim aggrauari peccatum, quando ex eo tanquam ex causa sufficiēti: & aliter cuī tanquam ex causa non sufficienti, nocumentum sequitur; argumento est, quod peccatum, etiam si tantum veniale sit , malum est maius quovis alio nocumento, ex communī Theologorum & Canonistarum sententia, teste Navar. in Enchir. cap. 22. num. 51. vers. 4. Nec tamē alium induxit ad venialiter peccandum, vt nec venialiter peccasse, aggrauet in infinitum: cum tamē nocumentum decem numerorum aureorum aggrauet in infinitum. Cuius rei ratio est, quod ex cap. Non est 15. quæst. 1. nemo possit esse causa sufficiens peccati alterius, cum quicunque sua sponte peccet possit autem esse causa sufficiens, vt alter iacturam faciat. numerorum aureorum.

Quinta est: nocumentum quod per accidens ex peccato sequitur, si nec praeiustum nec intentum sit, sicut non imputatur ad culpam (quo nomine dictum est) D. Thoma non aggrauare peccatum: ita nec imputari ad penam apud Deum: etiam si apud homines interdum iuste puniatur is à quo illatum est: quia s̄pē culpam in humano iudicio iuste presumitur, quamdiu allud palam non probatur.

Postrema est: triplex cerni dilicimen inter nocumentum sibi, & nocumentum alteri illatum. Primum est quod detur nocumentum sibi illatum, consequens per se ex peccato,

cato, tanquam ex causa sufficienti, quod non potest faciliter peccare, praeuideti; ut pater de peccatis inferni, quas infideles peccantes ignorant: nullum autem datur sacramentum alteri illatum, quod ex peccato inferentis sequatur per se, tanquam ex causa sufficienti: quin simul possit cum peccato ipso facile praeuideri.

Secundum discrimen est, quod cum vix quisquam soleat esse negligens in procurando commodo vel in fugiendo in commode proprio, iuxta illud ad Ephes. 5. Nemo namquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam:] sacramentum proprium censetur omnino eueneri preter intentionem. Cu verò se soleat homo negligens esse in cauedis alienis dannis, sacramentum alienum censetur interpretari intentum. Terium discrimen est, quod honorum nostrorum, in quibus nobis ipsi noemus, sepe dominis sumus; non item honorum alterius, in quibus ei noemus. Quæ discrimina occasionem dederunt D. Thomæ, discrimen statuendi de documento dato alteri, & de documento sibi ipsi illato: nimis illud, etiam si præsumum non sit nec intentam, aggrauare peccatum illud ex quo per se consequitur: illatum autem sibi, si nec præsumum nec intentum fuerit, non aggrauare peccatum, ex quo per se consequitur.

38. Aduerte autem interdum hæc discrimina cessare: vt cum documentum proprium potuit facile praeuideri, interueniente que negligenter in eo cauedo, quæ soleat in cauedo alieno: ipsumque illatum est in bonis quorum non sumus domini: nempe in vita sanitatis, aut id genus alii. Quod quando contingit, tunc documentum sibi, perinde ac alteri illatum etiam non præsumum, nec intentum aggrauare peccatum illud, ex quo per se consequitur. Hinc enim gulosus comedendo cibos, ex quibus sanitati sua plurimum documentum adserit: & in dignitate constitutus committendo peccatum ex quo sequitur infamia ipsius, peccant grauius quam si talia documenta non sequerentur peccata ipsorum: quia utrumque eorum facile potuit tale derelinquere præuidere: & perinde neglexit cauere, ac si alteri inferendum fuerit: sibi, non nocte in re cuius non erat: dominus: si quidem sanitas & excellencia cui honor debetur sunt Dei dona, quibus homines non permittuntur abuti pro animi libidine.

Cæterum quod circumstantia quid, sit de illis quæ mutant speciem, ideo dici potest, quod peccato cuius est effectus, sepe addat malitiam latitatis charitatis, & sepe etiam violations iustitiae.

C A P V T . VI.

De circumstantia ubi, seu loci.

S U M M A R I V M.

- 39 Circumstantia loci, quedam est loci sacri, quedam loci publici, & quis dicatur locus facer. 40 Ratio cognoscendi in dubio, num locus sit sacer, an profanus. 41 Cur circumstantia loci faciat aggrauare peccatum mutando speciem. 42 Quando contingat talis aggrauatio. 43 Cum talis non contingat, non deest alia saltem venialitas. 44 De aggrauatione peccatis ex circumsstantia loci iudicandum non esse ex causa, sed ex effectu, declaratur exemplo. 45 Aggrauatio peccati ex circumstantia loci publici.

39. Locus, sicut alia quæ actum humanum circumstant, aggrauat peccatum secundum conditiones ipsius, ex quibus habet ut magis rectæ ratione repugnet, ipsum ibi quam alibi perpetratum esse: inter quas conditiones duas præcipue sunt, quæ aggrauant mutando speciem. Altera est, quod locus sit sacer, ex cuius violatione sacrilegium nascitur; altera quod locus sit publicus, ex qua scandalum oritur.

De priori autem notandum est primò, per locum sacram seu religiosum, ex Sylvestro in verbo Loca. num. 6. significari illud quia auctoritate Papæ vel Episcopi, a cultum diuinum deputatus est, iuxta illud quod habetur in cap. Adhac, De religiosis domibus: Religiosum locum esse, auctoritate Episcopij etiam ad usum hospitalitatis, deputatum. Vnde argu-

mento à maiori infert Sylvestre, nomine locorum religiorum comprehendendi tempora, sacella, monasteria, etiam, vi ille additum. 8. nondum consecrata & in quibus non solum sunt diuina mysteria celebrata; dummodo fuerint deputata diuino cultu, auctoritate Pontificis primarium lapidem per se, vel per alium imponens: comprehendendi quoque cæmetria, vi in praed. num. 2. expressi; & numero 3. Oratorium constitutum auctoritate Episcopi, perinde comprehendendi ac hospitale.

Quando vero dubium fuerit de Oratorio, vel hospitale, an sit locus sacer seu auctoritate Episcopi fundatus, idem auctor numero 4. & 5. admonet recurrendum esse ad presumptions ex circumstantiis talis loci: quarum aliae possunt esse loci profani, & alia loci sacri. Illas autem ponit: esse Oratorium, vel habere Oratorium aedificatum in formâ Ecclesiæ, in qua sit campanile erectum supra teatum: & campana, quia ibi pulsetur cum celebratur: & altare in forma lapidea, hoc est, fixum: prout habere solent Ecclesiæ, & in quo publicè celebratio fieri. Has verò ponit, non habere cæmetrium vel signum sepuliturae: institutionem illius, & dationem fieri per laicos, non requirita auctoritate Diæcelani: ex bonis illius, collegas solui communiciati laicorum: regi per laicos: non habere campanile, vel campanam supra teatum. Itaque ex circumstantiis loci sacri, præsumetur locus sacer, & ex circumstantiis loci profani, præsumetur profanus. Quod si inidem concurrent aliae circumstantiae loci sacri, & aliae loci profani, ex posterioribus ferendum est iudicium: vt hospitale, non debet ex eo solo censeri locus prophanus, quod non habeat campanile supra teatum, vel habeat nomine aliquius laic, non aliquis Sanctus: vel quod per laicos admittretur in temporalibus; si cum talibus, diuinum officium ibi horis constitutis fiat per Clericos, ac Missæ ordinarie celebrarentur. Hæc Sylvestre ex Archid. Aduerte autem obiter de monasterio, quod ista ratione sacer sit intelligit, tam quod partes eius, quibus prædictæ conditions loci sacri conuenientur: ut fatus indicatum est à Navarr in Enchir. ca. 16. num. 3. sub finem, cum resolut peccatum in dormitorio illius commissum, non esse perinde sacrilegium, ac esset commissum in Ecclesia aut in cæmetorio.

Notandum est secundum conditionem loci sacri propriea aggrauare peccatum mutando speciem, quod peccare in loco sacro, speciale habeat repugnantiam cum recta ratione dictante, loca sacra non esse contaminanda, sed cultu debito prosequenda. Cum enim ex primo Decalogi præcepto debamus unum Deum colere: consequenter debemus & loca ei dicata, iuxta illud Matthæi 23. quicumque intraverit in templum, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso.] & cap. 21. Dominus mea domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illum speluncam latronum.]

Notandum est tertio, quod ex Caiet. a l. 2. & tomo 1. o. pusc. ille quæst. 7. art. 1. & hic tract. 31. respone. 1. admittit Navarr. ad princip. cap. Consideret. De peccatis distincti, num. 20. nō omnia peccata in loco sacro commissi inducere nouam speciem ex circumstantia loci: sed solum ea quæ directè opponuntur sanctitati aut immunitatibus eius, ad quod locus est sanctificatus aut factus immunis: nempe, vi ipse Caiet. interpretatur, quæ sunt contra sepulturam, vel contra diuinum cultum, vel contra libertatem confugientium ad illum atque depositarum ibi rerum: sic censetur esse, tum criminosa humani sanguinis vel humani semenis effusio; tum forniciatio, tum sepultura excommunicati non tolerati, aut infra leuis: quibus facer locus, prout Navarr. explicat in Enchir. cap. 27. num. 23. & seq. polluitur: & consequenter cultus diuinus, ad quem deputatus fuit impeditus: ex cap. Ecclesiæ, De consecr. distincti. i. & cap. Propositi De consecr. Ecclesiæ & cap. vnico god. titul. in 6.

Censetur præterea, tum fari cuiuscunque tumulus, & scularium iudiciorum strepitus: in cap. De cetero immissione Ecclesiatur in 6. ibi fieri severa prohibiti; tum etiam mercatus alia profana clamorosa, quæ de se impediunt cultum diuinum. Censetur quoque furcum in talibus locis commissum, non modo rei facie: sed etiam non facie ex cap. Quisquis 17. quæst. 4. Quod intellige, dummodo securitas causæ ibi deposita sit, ut tutæ effet ob reuerentia loci facie, cui Deus præsideret. Nam si non ob eam causam si ibi posita,

non videatur mortale sacrilegium committi potius per tale factum, quam per aliud mortale peccatum: quia non habet peculiarem repugnantiam cum loci sacri sanctitate: sed solum generalem, sicut omnia alia peccata mortalia.

Censetur porro extractio eius qui configuit ad Ecclesiam, prohibita per cap. Inter alia De immunitate Ecclesiarum, & per legem Præsentis Cod. De illo qui ad Ecclesiam configuntur. De qua re plurib. Sylvestr. in verbo Immunitas per totum: quilegendum est: ut & Nauart. in Enchir. cap. 23. num. 17. & aliquot sequentibus. Quintimo ut idem Sylvestrus notat, in verbo Circumstantia num. 4. ex hac circumstantia loci sacri quidamatus sunt peccata, qui alias non essent: ut si Iudeus forenses strepitus exercet, aut suspendi furem, aut proditionem capitale plebi faciat in Ecclesia: aut si vir vxori reddit ibi coniugale debitum; nisi necessitas vitandi evidens periculum animæ alterius coniugum, tale quid exigat: prout habet idem author in verbo Debitum coniugale, num. 5.

Notandum est quartu, ex ea Caietani doctrina intelligillud, quod Nauart. consequenter attigit ad citatum princip. cap. Consideret blasphemiam, perjurium, inuidiam, aliaque peccata similia, que scilicet cum loco sacro non habent antem memoratam pecuniam repugnantiam, facta in Ecclesia non accipere sacrilegi speciem, de necessitate confundantur: *dammatio facta non sinit in contemptum loci sacri*: sicut nec accipiunt ex eo, quod sint facta in Dei presencia. Eätemen venialiter faltem aggrauari ex ipsa circumstantia loci sacri: etiam commissa tantum voluntate, ut argumento à minori ad maius colligi potest ex eo, quod Dominus post Matth. 21. Mat. 11. Luc. 19. ē templo exercit evidentes & clementes: sicut Beda tom. 7. in posteriore homil. Quadragesimali serua 3. post 1. Domini colligit his verbis: Si Dominus nec ea volebat venundari in templo, que volebat offerri; videlicet propter statuum auaritiae, sive fraudis, quod proprium solet esse negotiacionis facios: quanta putat animadversione punierit, si ibi inueniatur aliquis rufi vel vailoquio vacantes, aut alij cuiilibet video manipulos. Si enim ea, que alibi liberè geri portarent, Dominus in domo sua geri non patitur: quia magis ea, que nusquam fieri licet, plus celestis ira merentur, si in cibis Deo sacratis agantur.

Notandum est quintu Fumum in Armilla, verbo Immunitas num. 23. ex proposita Domini, autoritate, cum Caiet. damnare peccatum mortalis eos, qui in fixo certoque loco templi sedentes, exponunt imagines & candelas venales. Sed cum Angelo in verbo Immunitas num. 9. contrarium teneri possit: dato quod ab aliis scandalum, nec per strepitum impeditat diuinum officium; præterim si tales personæ a Pastorebus vel Theologis non inveniantur de aliquo precepto, p quod tale quid si illictum, sed suavitur id agere.

Notandum est postrem, quod in loco cit. attigit Nauart. ista que dicuntur de aggrauatione peccati ex circumstantia loci sacri mutando speciem, non esse spectanda ex parte cause efficientis, sed ex parte effectus: ita ut ille qui in Ecclesia proponit occidere hominem extra Ecclesiam, non committat peccatum diuersæ speciei ab eo quod committeret idem proponendo extra Ecclesiam. Is verò qui extra Ecclesiam proponit hominem occidere in Ecclesia, peccat peccato & homicidij & sacrilegii.

De posteriori conditione, *socii inquam pululi*, ad ea quæ in praecedente cap. 4. annotata sunt de scandalo, tantum addendum est peccatum ceteris paribus grauius esse ex eo, quod fiat in publico, aut coram pluribus, probari per cap. Nemo, 32. quest. 4. Cum culpa dicatur tolerabilior esse si lateat: id est, ut glossa ad verbum *tolerabilior interpretatur*, maius peccatum esse peccare manifestè quam occulte. Sic enim, ut D. Tho. haber. 1. 2. quest. 73. art. 8. qui publicè fornicatur, plus peccat propter plurimorum scandalum, etiam hoc neque intenderit, neq; præviderit. Cui scandalo aggrauanti, obnoxij quidem sunt omnes peccatores publici; cū sicut ex una oue multa gressus inueniuntur inficitur, ita etiam uno fornicante vel alii quodcumque scelus committente, plebs inuenieta polueratur; ex cap. Sed illud distinet. 45. maximè ramen Prælati, qui tot mortibus digni sunt, quot perditionis exempla traalmitunt, ex cap. Præcipue, n. quest. 3.

C A P V T VII.

De circumstantia Quibus auxiliis, seu causa infra-
mentalibus, & Cur, seu causa
finalis.

S V M M A R I V M.

46. *Ex circumstantia Quibus auxiliis, augerat peccatum, rumpet modum scandali, tunc per modum iniustitiae, & quo modo.*
47. *Circumstantia mali finis augerat peccatum mutando speciem, & circumstantia boni finis illud minuit.*
48. *Quomodo sit accipienda talis diminutio, & quid ex ea sit consequens.*
49. *Ad circumstantiam finis, reducitur aggravatio peccati per affectionem inordinatum quo perpetratur.*

R Atione instrumentorum, seu adiumentorum quibus virtutis quis in peccando, peccatum ipsius nunquam aggrauatur, nisi per modum scandali, aut per modum iniustitiae. Ac per modum scandali aggrauatur, cum adiumenta ipsa inducent alios ad peccandum, ut cum fidelis per infideles vexat fideles: tunc enim inducuntur alii ad blasphemandum & contemnendam religionem Christianam. Item cum per aliquos, aut cum aliquibus, peccat quis: quia tunc vel virtutis auxilio, quod ei præstanto alter peccat, vel ipse præstat auxilium alterius ad actionem peccaminosam, quam si sine ipso non exerceret: quod virtus que includit inductionem alterius ad peccandum, ut quoddam scandalum actuum.

Per modum autem iniustitiae ratione adiumentorum peccando, aggrauatur peccatum, quando aliquis, aut violenter cogitat alterum ad ferendum sibi auxilium in perpetratione aliius peccati: ut ad occidendum hominem, vel alii scelus commitendum: aut exercit peccatum suum inferendo vim alteri. Unde id ipsum peccatum habere, ut ceteris paribus sit grauius, patet ex rapina quae de se, propter apertam violenciam quam includit, grauior est, ex cap. Penale 14. quest. 5. quam fursum, quo res aliena occulere austeratur. Patet item ex eo, quod ceteris paribus grauius peccatum sit tentasse minis pudicitiam mulieris, quam solis blanditiis: siquidem hic non nisi contra castitatem, & illic contra castitatem simul & iniustitiam peccatur. Quando autem hoc augmentum sit intra eamdem speciem, & quando mutando speciem, non est difficulter statuere ex distinctione scandalis & iniustitiae à reliquis peccatis. Nec plura de circumstantia causa instrumentalis occurunt dicenda.

De circumstantia finis vero, quam particula cur denotat, quæ tradenda viderentur satis intelliguntur ex iam dictis, tum in praeced. cap. 2. tum maxime in toto lib. 12. Quibus solum addendum est paucis: circumstantiam mali finis angere peccatum mutando speciem: quia ut obiectum, sic & finis speciem bonitatis vel malitiae tribuit & cui humano, ex D. Tho. in 1. 2. quest. 18. art. 6. eamque diuersam ab illa quam accipit ex obiecto, prout idem in sequen. art. 7. ex eo confirmat, quod actus, qui vnius eiusdemque speciei est ex parte obiecti, ordinari possit ad infinitos fines: qui natu sunt, sua malitia auctum voluntaris inficere, illiq; suam peccati speciem tribuere.

Circumstantiam vero boni finis, minuere peccatum, iuxta illud quod in cap. Primum est 22. que, 2. statuitur. Mendacium quod nulli obiect & prodest aliquid: ut mendacium eius qui mentitur nolens prodere aliquid ad mortem abhortare qualitum, minus malum esse eo mendacio, quod committitur sola mentiri fallendiique libidine. Item iuxta illud quod in cap. Mihil autem, ead. quest. dicitur non ita peccare, qui consulendi, quo modo illum qui voluntate no cendi mentitur. Neque est quod opponas ex cap. Forte 14. quest. 5. cum qui furatur à diuibus ut tribuat pauperibus, non modo peccare: sed etiam totum ut tribuendo pauperibus quod abfuerat, addere potius peccatum quam minuere. Nam inde tantum sequitur: quia peccatum est, res aliquas farto ablatas in elemosynam largiri, plus largiendo non minuit, sed potius augeri tale peccatum: non quidem ex circumstantia finis, sed ex circumstantia obiecti, hoc est, ex maiore quantum rei alienæ.

Cæterum

48. Ceterum diminutio praedicta non est ita accipienda, quia factus ex obiecto suo malus, propter bonum finem in quo dirigitur ab agente, admixtam habeat suae malitiae aliquam bonitatem: nullo modo enim se in eodem actu simul patitur bonitas & malitia moralis: sed quod in eo exercendo, voluntas ceteris partibus minus depravata est gerat, dum facit quidem in malam electionem, sed bona intentione. Quibus congruerunt duo occurserunt notanda alterum est, quando bona intentione alius eligit quod malum est, inquinabiliter ignorans malum esse, ut accidet ei qui dicitur habere zelum, sed non secundum scientiam illius electionem, etiam si per ignorantiam inquinabilem exculpetur a peccato: in numero tamen actuum moraliter bonorum non ponit per aliam bonitatem in qua accipiat ex fine, in quem ab agente dirigitur. Alterum est, cum boni finis, intentio mala est ut accidit, prout expositum est in lib. 12 sub fine tertii capituli, quando ea talis est, ut voluntatem moueat ad malam electionem: sicut ea, quia quis ad vitam presentem ita affectatur, ut inde moueat ad negandam fidem Catholicam: tunc ex ipso bono fine peccatum non minuit, sed potius augeri: quia prouenit ex voluntate, tum affectu ad malum, tum male affectu ad bonum: dum nimur iustificari aliter, quam per eum. Vnde amorem ipsum contrahere malitiam, patet ex cap. Origo, 32, quest. 4.

49. Ad istius generis circumstantiam referri potest aggravatio peccatorum, proueniens ex aliquo inordinato, atque a deo vitioso affectu: ut ex inordinato amore honoris, qui superbia: ex inordinate amore diuinitatum, qui avaritia: ex inordinato affectu vniuersitatis, qui peccatum irae dicuntur: aut ex odio Dei vel proximi: ex quibus & aliis id genus affectibus peccatum commisum, ut verbi gratia homicidium, aggrauatur noua specie peccati: sive superbia sive alterius in qua constituitur inordinatus ille affectus, a quo, tanquam ab intentione fini, agens mouetur ad perpetrandum tale peccatum.

CAPUT VIII.

De circumstantia Quomodo, seu modi agendi.

S V M M A R I V M.

50 Aggravatio peccati per intentionem voluntatis peccandi in peccante.

51 Per continuationem peccatum aggrauari, & quod ea aggrauatio sit intra eandem speciem.

52 Aggrauari item peccatum iteratione, seu relapsu in idem.

53 Peccatum censetur continuatum, si continuetur actio exterior: etiam si cesset interior voluntas, nisi id fieret per expressam mutationem intentionis.

54 Est etiam in numero peccatum, perseverante prava voluntate, quanvis externa actiones, que ad illam impudentiam exercentur, sunt interruptae.

55 Actiones que ad aliquod peccatum ordinantur, tanquam via ad illud, idem numero peccatum cum illo confinieruntur.

Circumstantiam modi quo quis peccat, nonnunquam augere peccatum ipsum, raro tamen mutando speciem, Nauarr. admonet ad princ. cap. Consideret, De penitent. dist. 5, num. 8. Modi vero aggrauantes peccatum intra eam est specimen, sunt praecipue in enfo, atque extensio: tum continua, que dicitur continuatio peccati: tum discreta, que vocatur iteratio peccati.

50. De intentione autem, obseruandum est: eam aggrauare peccatum intra eandem speciem, quia est ipsa mater peccati grauitas, in qua productur a voluntate, que est ipsum causa efficiens proxima: & ad quam comparatur sicut fructus ad arborē: ex glossā ad illud D. Matth. 7. Non potest arbor bona fructus malos facere.] Obseruandum est secundo, eam intentionem a voluntate pendere ratione libertatis, & proportionis quā ipsa agit. Nam quo pleniorē libertate peccatum perpetratur, eo ipsum grauius esse censeretur: vnde quia infirmitas, sive animi, id est, ignorantia; sive corporis, id est, perturbatione, praefatum concupiscentia & meus, minunt librum in actu voluntatis, minuum quoque peccatum, vtd. Thomas expressit 1. 2. question. 73. art. 6. & pluribus expositiōnēs est à nobis in cap. 7. & 8. libri II. præcedentis. Similiter,

ut ibidem habet quoque D. Thomas, quanto maior furent propensione voluntatis ad peccandum, tanto grauius peccatum committitur.

51. De continuatione vero seu extensione continua: quod ipsa agrauerit peccatum; glossa ad memoratum caput Consideret, verbo Perseueravit, colligit ex illis verbis eiusdem capituli. Quantum perle uerament, & dolet quod perseueranter peccauit. Conformatque per cap. Schismata 24, question. 1. cuius verba sunt: Nec leuigat crimen eorum; magis uero auger, quod eos diu restituisse dixisti, ne Apostolicis sedibus communicantes, in sua communione recipierent. Constatimur quoque, & apertius potest ex cap. ultimo De consuet. vbi dicitur: tanta esse grauiora peccata, quanto diuinus inselcet animam detinere alligatum. Quocirca Panormitan. ad cap. Cum haberet. De eo qui duxit in matrimonium, &c. num. 4. illud quod ex eodem cap. aperte deducitur: nimur diuturnitatem in peccato non minuere ipsum, sed augere, vult fit esse verum, ut quod Deum & forum animae diuturnitas temporis augear peccatum, etiam si non sit iteratione multiplicatum: quia peccator non intendit, videtur contemptus diuinum iudicium, & preceptum Ecclesie. Quod Panor. i. dictum, Nauarr. loco cit. num. 122. apptobans, infert magis peccare eum, qui voluntatem peccandi sine interruptione per horam continuauit, quam qui per dimidiam horam: & qui ut alium occideret, huc illucque sine intermissione obambulauit captando occasionem, & tandem occidit, quam eum qui momento temporis & voluntate occidere & occidit. Talem vero aggrauationem fieri intra eandem speciem patet, quia non importat specialem repugnatiam cum recta ratione, disinctam ab ea, quae est ipsius peccati propria.

52. De iteratione dērum seu extensione discreta; quod ea etiam aggrauerit peccatum, manifestum est. Nam secundum eam, sicut secundum continuationem, spectatur perseuerantia in peccato: que ut ante habitum est, ipsum aggrauat. Neque quod penitentia de priori peccato, posteriori & perpetratione non forte antecesserit, ideo istiusmodi aggrauationem cessare, indicant illa verba Domini Matth. 12. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, &c. tunc vadit, & assūnit septem alios spiritus secum nequiores se, & sunt non ussi in hominis illius peccata prioribus.] Quod etiam confirmat D. Thomas 3. part. quest. 88. art. primo, quia homo secundo peccans, ex hoc grauius peccate videtur, quam peccauerat prius, quod ab eo contemnitur Dei bonitas, quia ipsum ad penitentiam expectare & admittere digna est. Inde enim aggrauari peccatum satis indicat illud Apostoli ad Roman. 2. Secundum diutinam tuam & impudentem cor, thesaurizas tibi tam in die ira iusti iudicij Dei.] Tanto autem magis contemnitur Dei bonitas, si peccatum post ipsius remissionem subinde iteretur, quanto magis beneficium est remittere peccatum, quam sustinere peccatorem. Ita D. Thomas. Ad quod faciunt antedicta numero trigesimo primo.

53. Porro licet inter continuationem & iterationem, illud maximē discrimen cernatur, quod haec sit perseuerantia in peccato cum interruptione, & illa sua in interruptione, tamē ex Nauarr. auctor. princip. cap. Consideret num. 48. & in Enchir. cap. 6. num. 16. perseuerantia cum interruptione censetur potius peccatum continuatum quam iteratum in tribus casibus.

Primus est quando exterior operatione perseueratē interior voluntas a qua procedit, & que per ipsam impletur, frequenter ex naturali obliuione interrumpitur, ac deinde repetitur: ut cum quis vadens occidit aliquem, toto die ambulat. Nam is etiam si cogitationem & voluntatem de occidente sepe ex naturali obliuione interrumpat, ac renouet: tamen unum numero peccatum committit; et si eo gravius, quo sepius firmatum voluntate; ex Caletan. in tomo 1. epis. tract. 3. quest. 15. quia in interruptio & renouatio illa contingit, non interrupit operatione externa, in qua tanquam in suo effectu, primus ille actus voluntatis cessans, perseuerat virtute. Seus est autem, si cessaret per mutationē expressam intentionis: vnde eo qui penitentis propositi, ab alio persuasus, illud relatum denuo. Nec enim illud posterius cum illo priori continuatur, sed diuersum numero peccatum constituit

54.

constituit, ut notat idem Nauar. in citato num. 48.
Secundus casus est, quando durante eodem interiori vo, luntatis actu, opus externum ab ipso procedens, & quo adimpleatur eadem voluntas, constat aetibus interrupitis. Licer enim diuersi sint in genere naturae, tamen in genere morum, vnum numero peccatum constituant, per ordinem ad vnam numero voluntatem ad quam implendam exercentur: sicut ligna & lapides, ac cetera eiusmodi, quae res sunt diuersae in genere naturae, constituant vnam numerum & domum in genere artificij, per ordinem ad vnam structuram habitacionis hominum accommodaram constituendam. Ad quem casum illustrandum Nauar. sumit exemplum ex cap. Cum pro causa, De sententiâ excommunicandi, de eo qui verberauit Clericum in dormitorio, & postea eundem verberando traxit per claustrum: qui quamvis dum verberando traheret, pluries percaecrit, semel tamen incurrit in excommunicationem, quasi semel iactum percussisset.

55.

Tertius casus est: quando interrupti actus sunt tantum via ad aliquod peccatum vnum numero: nec aliâ malitiam habent, quam ab illo deriuatam, tanquam a fine in quem ordinantur sicut media destinata ad illud consummandum. Exemplum est de eo qui volens aliquem occidere, accipit arma, & concedit equum, famulos ad perpetrandum facinus iam paratos, contuocat, longum iter facit, & tandem occidit. Hæc enim omnia in genere morum mala sunt per vnam numero malitiam initia & occisionis, in quam cetera illa ordinantur, & ideo constituant vnum numero peccatum homicidij: etiam si in genere naturae sint diuersæ, nec contnuatae actiones.

Ceterum dubitari non potest, quin hic modus aggrauationis peccati sit intra eamdem speciem perinde ac praecedens, cum sit ipsa eiusdem peccati iteratio. An autem utrumque talis aggrauatio possit fieri in infinitum, ita scilicet ut de veniali per continuationem aut iterationem, fiat tandem mortale; differendum est in sequentem librum vbi id in cap. vltimo explicabitur.

C A P V T I X.

De circumstantia Quando, seu temporis.

S V M M A R I V M.

36. Condicio constituens circumstantiam Quando:

37. Peccatum commissum ex contemptu temporis sacri, inde aggrauatur, mutando speciem.

38. Circumstantia temporis tunc aggrauat peccatum mutando speciem: cum id committitur, quod in eo fieri prohibitum est speciali precepto.

39. Immo aggrauat quodcumque peccatum in eo commissum.

40. Controversia, Antalis aggrauatio sit in infinitum mutando speciem.

61. Ratio difficultatis.

62. Pars negans probabilitatem esse offendit.

63. Opus seruile, nec vi prohibitum in veteri lege, nec propriè sumptu, sic extenditur sua significatio, ut complectat peccatum.

64. Preceptum de obseruatione diei festi, non iniungit anima sanctificationem, sed ad eam ut ad finem inserviatur.

56.

Vna præcipue est temporis conditio ex qua peccatum in eo commissum aggrauari censetur; nempe ipsum esse sacrum, seu destinatum cultui divino, sicut sunt dies festi: in quibus ex speciali Ecclesiæ precepto tenemur tum ab omnibus opere seruili abstineri, ex cap. Licer de feriis: tum Missam audiire ex cap. Missas, De conser. dist. i. Sunt etiam tempora in quibus ab Ecclesia ieiunium indicetur, ut Quadragesima de conser. dist. 5. cap. Quadragesima & quatuor tempora de conser. dist. 7. 6. per plures Canones; itemq; vigiliae quartudam solennitatis per c. i. & 2. De obser. ieiuniorum.

57.

Ceterum tria in haec re sunt certa. Primum est: omne peccatum in die festo vel deputato orationi, factum in contemptum temporis sacri, inde aggrauari mutando speciem. Ratio est, quia tunc peccato additur contemptus, qui dicitur peccatum & actualis, habens, ut in sequentib. exponeatur, speciem & ceteris distinctam peccati rationem. Sicque intelligi potest quod Nauar. docet ad idem principia cap. Consideret, nu-

38. liter peccet, cum intentione ac proposito violandi festum, vel frangendi ieiunium vel orationem cui tale tempus deputatur redditum multum; peccatum ipsis in aliam speciem transferri.

Alterum est (quod Sylvestris insinuat in verbo Circumstantia quest. ultima) illud peccatum ex circumstantia temporis augeri mutando speciem, cuius materiale ex tempore in quo perpetratur, repugnantiam habet cum aliquo speciali precepto: ut in die festo evenerere domum inimici, vel metere sepius segetes furandi causa. Nam hæc peccata contra iustitia commissa, pro materiali habent opus seruile, quod speciali Ecclesiæ precepto prohibetur fieri in die festo. Idem est indicium de peccato gulæ in eis immoderato carnium die ieiunii: & de voluntaria cogitatione vel confabulatione turpi, qua quis occupatus tempore Misericordie omittit attentionem & elevationem mentis ad Deum, quam id tempus exigit.

Postremum est, quod loco cit. Nauar. exp̄s: peccatum commissum in die festo, vel deputato orationi, aut ieiunio, ceteris paribus esse gravius ex circumstantia temporis, propter quandam irreuerentiam. Id quod indicatur in eod. cap. Consideret cum inter conditiones aggrauantes fornicationem, de quibus forniciantem penitentem oportet, ponit; si turpiditudinem suam peregit tempore orationi constituto, aut in festivitate Sanctorum aut in tempore ieiunii.

In controversia autem versatur; Num istius generalis aggrauatio sit in infinitum murando speciem: ita ut omnis ille qui peccat mortaliter in die sacro, duplex peccatum mortale committat, quorum vnum ex obiecto, & alterum ex ea de qua agimus temporis sacri circumstantia, contrahatur. Quā controversiam fuisse tractant Nauar. ad princ. cit. cap. Consideret num. 21. & aliquot seq. Itemque Francisco Suarez in primo volumine operis de religione lib. 2. ca. 18. Cordub. in lib. i. questionarii quest. 6. vbi sequitur sententia Alexandri Halensis & aliquot aliorum quos commemorat, & postipsum Suarez, existimant circumstantiam temporis facti, peccatum in ipso commissum, aggrauare mutando speciem, Nauar. vero, tum loco cit. sum etiam in Enchir. ca. 6. num. 9. contrariam sententiam amplectitur, sicut faciunt communiter recentiores cum Caiet. & Sylvestre locis ab ipso Nauar. in Enchirid. citatis & adhuc quoad Caiet. in tomo primo opus. tract. 18. quest. 3. & quoad Sylvestrum in verbo Confessio i. quest. o. Item cum Soto lib. 2. De iust. & iure quest. 4. art. 4. & Cano. in Relect. De penitentia in parte sexta. Tabula in verbo Circumstantia num. 11. Couar. ad cap. Alma mater i. par. §. quinto num. 3:

Ratio autem difficultatis tota in hoc consistit, quod speciali precepto prohibeamur opus seruile facere in die festo; opusque seruile dici possit non tantum de mechanico, remetemiam de peccato: quod facere, seruorum esse conflat per illud I. ad. 8. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Cordubensis ergo cum illis quos sequitur, nomine operis seruills, præter opus mechanicum, sive, si ille habeat ex Abulensi, præter operationem laboriosam exécutione facultatis corporæ, vult in ea prohibitione comprehendendi peccatum: ita ut tam hoc, quam illud faciendo, voletur præcepsum speciale de sanctificatione diei festi. Nauar. vero & ceteri negant peccatum illo nomine comprehendendi, pariter negat prædicti precepti transgressionem, peccatum in die festo perpertratum aggrauari mortaliter speciem mutandam.

Quæ quidem sententia probabilior est: quia præcepsum de abstinendo ab opere seruilli in die festo non est Christianis datum tam aratum, quam datum fuit Iudeis, vt D. Thomas 2. 2. quest. 12. 2. ar. 4. ad. 4. confirmat. Tum ex eo quod nobis quedam licet die festo quæ illis non licebant, vt cibos parare, iter facere, & quedam alia. Tum quod in iis quæ die festo non licent, prohibitaque sunt, facilius propter necessitatem nobiscum disponentur, quam fuerit dispensatum eis illis. Et hoc quidem dicitur illis fuit figura futurorum iudeis, verò non est. Atque figuram, eo quod pertinet ad protestationem veritatis, ne quidem illi modo præterire oporteat. Iam vero Iudeis per præceptum de abstinendo ab opere seruilli, suis tantum prohibitum opus externum, manifestum est ex cap. 10. Exodi, cum dicitur: Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: septimo autem die Sabbathum Domini est. Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus: filia tua, seruus

in Deut.

tus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui est intra portas tuas. Hęc enim verba, quæ penitè cædem reperuntur in Deut. cap. 5. aperte in dicant illa sola opera fuisse Iudeis prohibita in die festo, quæ alii diebus facere licebat.

Cum ergo numquam licet facere peccatum mortale; cap. Itane 32. quest. 5. sancti sub nomine operis quod speciali præcepto Iudei prohibebantur in die festo facere, non comprehenditur; sed solum opus extermum laborosum: quod patri cum filiis, domino cum servis, atque adeo cum iuventu commune est. Deinde in præceptis moralibus voces sunt accipienda in proprio sensu: maximè quando præceptum est pænale: siquidem ex pœna proprium casum non excidunt. ex cap. Pœnae. De pœnitentia, distinet. 1. pœnale que esse præceptum de non faciendo opere simili in die festo Nauar. ad idem princip. cap. Considereret, num. 24. confirmat ex eo quod infligit transgressorū pœnam æternam.

Iam vero opus seruile de peccato non dicitur propriè, sed solum mysticè, & per quandam similitudinem. Ergo peccatum non prohibetur per præceptum de non faciendo opere seruili in die festo. Minor probatur quia cum seruile dicatur, quod ad seruum pertinet; seruile propriè etenim aliquid dicetur, quatenus; propriè ad seruum pertinet, vt recte notat D. Thomas in eod. loco ad tertium. Peccatum vero non est quid tale cum aquæ si liberorum, ac seruorum. Quod ergo Ioan. 8. dicitur. Qui facit peccatum seruus est peccati] intelligi debet non propriè, sed mysticè: sicut intelligitur quod in Epist. ad Ephes. cap. 5. aurari dicitur idolorum seruitus] prout idem D. Thomas docet in preced. qu. 118. art. 5. ad 4. Intelligitur etiam illud quod dicitur à Beda lib. 3 in Lucam cap. 43, in fine, Magni Reges sunt qui tentationum suarum motibus, nō consentiendo succumbere, sed regendo præfere nouerunt. Sunt enim reges non quidem propriè; sed solum metaphorice, quandoquidem multa virtutis mancipati, Reges sunt propriè; & multi prædicti bonis moribus, sunt propriè serui.

64. Postremò (vt D. Thomas in corpore cit. ati art. 4. argumentatu) Quoniam homo ad cultum interiorem, qui oratione, ac deuotione confat, magis inducitur Spiritus sancti instinctu, quam exteriori impulsu: præceptum de sanctificatione diei festi datum est tantum de cultu Dei externo, id est, de cultu secundum aliquod sensibile signum; quod nobis ex Ecclesiæ determinatione, est tum audire missam: pro eo quod Iudeis fuit varia offerre sacrificia præfigurativa illius incruenti quod in Missa offertur; tum cessare ab externo opere seruili. Quare interior sanctificatio animi, non pertinet ad eam præceptum nisi tanquam finis illius externus: sive, quod eodem recedit, non est id quod præcipitur: sed tantum id, quod à præcipiente intenditur; nempe inducere nos ad seruendum Domino in sanctitate, ac mente requiescendum in illo, cum abstinentia ab omni peccato: prout omni etiam die, nec tantum festo faciendum est; iuxta generalissimum præceptum declinandi è malo, & faciendi bonum.

Et vero si sanctificatio animæ non præcipitur specialiter per dictum præceptum de sanctificatione diei festi; nec per illud specialiter prohibetur perpetratio peccati mortali ei contraria. Hęc enim levius quod consequuntur. Aliquid præcepto aliquo præcipi: & quod illi contrarium fuerit per idem prohiberi. Nam eo ipso, quod iubemur cessare ab opere seruili die festo, prohibemur facere opus seruile, quod contrarium est. Ac dato casu, quod est neceſſum aut sufficiente, in quo Ecclesia non conseruit illud iubere, nec conseruit istud prohibere. Itaque si interior animæ sanctificatio non est de numero eorum quæ per dictum præceptum specialiter præcipiuntur; neque interior animæ contaminatio illi contraria, de numero est eorum, quæ per idem præceptum specialiter prohibentur: ita ut dicendum non sit, peccantem mortaliter in die festo, committere duplex peccatum mortale: quorum alterum in transgressione præcepit de sanctificatione diei festi consistat.

Neque est quod quis opponat tali præcepto sanctificatio- nem animæ satis præcipi dum in eam tanquam in finem præcipitur ante memoratus exterior cultus. Nam vt communiter admittit notar. Nauar. ad sepe memoratum principium ca. Considereret num. 28. finis præcepti non est in præcepto; adeo ut sola præcepta decharitate (que finis est præcepti ex priori ad Ti-

mos. cap. 1.) denter de fine aliorum præceptorum, non item ipsa alia præcepta. De qua te D. Thomas 2.2. quest. 44. art. 1.

CAPUT VLTIMVM.

De circumstantia Circa quid, seu obiecti.

SUMMARIUM.

65 Conditiones constituentes aggrauantem circumstantiam obiecti, cum ipsum res quædam est.

66 Constituentes, cum obiectum ipsum, est persona.

67 Ex tali circumstantia aggrauari peccatum, habetur ex doctrina D. Thome.

68 Eadem doctrina additare stricatio.

69 Qualiter iudicandum sit, An istiusmodi circumstantia aggrauat peccatum mutando speciem, vel intra eandem speciem.

Cum obiectum circa quod humanus actus exercetur sit, Cvel res, vel persona aliqua, vt habitum est in preced. c. 2. Hęc circumstantia deber est accidentis vel rei, vel personæ circa quam peccatur.

Arque accidens rei solet, cum aggrauat peccatum eiusmodi esse, ex quo res ita eminentiam quandam habet. Id quod potest contingere primo ipsi rei in se considerata: sicut contingit bono vili, tam honorario, quam pecuniario; ex eo, quod ipsum sit in maiori quantitate, aut maioris sit valoris: aut sic in maiorum hominum estimatione: per quæ aggrauatur furtum, detracatio, & alia id genus peccata. Contingit item munis, & officiis publicis ex difficultate maiore, ipsa rei gerendi: per quam aggrauantur peccata eorum qui il lavel committunt indignis, vel admittunt indigni. Secundo, id contingere potestrei consideratae in ordine ad Deum; vt contingit pecunia, vesti, aut alteri suppelleculi ex eo quod sit consecrata Deo. Potest item id contingere in ordine ad proximum, ad quem res ipsa pertinet: vt pecunia vel aliud id genus, ex eo, quod sit pauperis. Ex quo vitroque genere accidentis furtum aggrauari patet: quia peccatum censetur grauius, cum est rei aliquæ conditione vestit; quam cum est alterius rei, omnino æqualis non vestitæ simili conditione. Sic furtum ipsum decem nummorum aureorum de pecunia Deo consecrata, aut de pecunia hominis pauperis, grauius est, quam de pecunia prophana hominis diuinitus: quia continet malorem repugnantiam cum recta ratione.

Accidens vero personæ in quam peccatur, aggrauans peccatum, solet esse aliquid in quo persona ipsa excellit. Cum autem persona tribus modis excellere possit, primo in ordine ad Deum: nempe quia coniunctior est Deo ratione sanctitatis, vel officij ad quod obeundum consecratur Deo. Secundo, in ordine ad nos: nempe, quia nobis coniunctior est naturali necessitudine, vel collatis beneficiis. Tertio in ordine ad proximum: nempe, quia est persona in qua plures laeduntur.

Cum, inquam, hęc ita sint, D. Thomas i. 2. quest. 73. art. 9. peccatum aggrauari ex persona, in qua peccatur excellētia primi modi, probat: quia iniuria illata persona coniunctæ cum Deo ratione virtutis vel officij, redundat in Deum ipsum, iuxta illud Zacharias 2. Qui vos tetigerit, tangit pupilam oculi mei.] Vnde sequitur peccatum grauius esse, quam ceteris paribus alias efficit: ac tanto grauius, quanto coniunctior Deo fuerit persona contra quam committitur.

Ex excellentia item secundi modi aggrauari docet quia peccans in personam coniunctam sibi naturali necessitudine aut beneficiis, aut quacumque alia coniunctione, censetur peccare in seipsum: & per consequens grauius, nequioresque voluntate peccare, quam ceteris paribus alias peccaret, iuxta illud Ecclesiastici 14. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit: Atque adeo quod talis persona fuerit peccanti coniunctior, quam alia, sicut est pater, quam frater, & hic, quam cognatus: aut quo maiora beneficia contulit una persona, quam alia persona; aut quo est alia ratione magis coniuncta: eo peccatum in eam commissum grauius esse.

Si opponas: Nullum esse tam coniunctum, quam quemque sibi ipsi; minus tamen quemque peccare sibi damnum inferendo, quam alteri: vt occidendo equum suum, quam

occidendo alienum. Respondet D. Thomas in solut. 2. argu-
menti, id vacum esse quoad damnum in rebus possestis, qua-
sunt in possidentis potestate: non item quoad damnum in
naturalibus vel spirituibus bonis, que non subsunt domi-
nio libero voluntatis nostra. Sic enim grauius peccat qui oc-
cidit seipsum, quam qui alterum.

Ex excellentia deum tertiij modi aggrauari quoque pec-
catum, confirmat: quia tam gratus peccatur, quanto pec-
catum plures tangit. Sic enim peccatum quod committi-
tur in personam publicam, ut in Principem qui cotius multi-
tudinis personam gerit, est gratus, quam quod committitur
in aliquam personam priuatam; prout indicatum est Exod.
12. cura specialiter dicitur: Principi populi tuus non male-
dictus. Similiter iniuria que fit personae magni nominis & fa-
miae, grauior est ceteris paribus quam facta alteri; quia redun-
dat in scandalum plurimorum. Hac D. Thom.

68.

Catus doctriñ restrinximus per illa verba, ceteris paribus,
propterea quod eiusdem actus possunt esse plures mala cir-
cunstantia; illeque actus qui ex aliquarum absentia videri
potest peccatum minus grave, ex aliarum concursu censei-
potest gratus. Unde aliqui solvunt questionem. An maius
peccatum sit occidere peccatorem, quam iustum: inquietus
quod quamvis ex circumstantia persona in quam peccatur,
gratus peccatum si occidere iustum: tamen ex circunstan-
tia effectus seu nocume nisi consequentis ex peccato, nempe
ex damnatione peccatoris (si occidenti constet hanc secu-
tam) peccatum gratus esse occidere peccatorem. In qua re
& id genus alii diuidicant, considerandum est quando in
fizie vel charitatis ordo, ob conditionem personæ in quam
peccatur, magis peruerteratur.

69.

Iam quando ex hac obiecto circumstantia aggrauetur pec-
carum intra eamdem speciem, vel mutando speciem, iudicium
est iuxta tertiam generaliter regulam in preced. cap. 3.
propositam. Nempe cum inducit novum cum recta ratione
repugnantiam, aggrauare mutando speciem: cum vero non
inducit, aggrauare intra eamdem speciem. Itaque furtum rei
laciæ ex circumstantia obiecti, nempe quod sit res Deo lacra-
ta: sicut & homicidium quo Sacerdos occiditur; ex eo, quod
sit persona Deo sacrata, accipit speciem facilièr: vt & ho-
micidium quo pater necatur, accipit speciem patricidij, eo
quod sit pater: quia tales conditiones habent speciem
repugnantiam cum recta ratione: quandoquidem non tan-
tum in iustum est occidere Sacerdotem vel patrem, vt homo
est, sed etiam vt Sacerdos vel pater est. Similiter malum est
furari rem lacram, non tantum quia aliena est; sed etiam quia
sacra est.

Furtum autem rei pretiosioris, & homicidium personæ
iustioris, ex aliis circumstantiis obiecti, aggrauantur intra
eamdem speciem: quia repugnantia cum recta ratione, quam
talia peccata ex eis accipiunt, eiusdem speciei est, cum ea
quam ex obiecto habent. Namque rem alienam pretiosior-
em, sive alienam, sive vt pretiosiorum surripere, malum
est ob hanc viam eamdemque rationem quod veritum sit
quodcumque alienum sibi vifpare inuitu domino. Simili-
ter occidere hominem bonum, sive vt hominem, sive vt bo-
num: ob eamdem rationem malum est: nempe quod non li-
cerat priuata auctoritate occidere: & ita de aliis.

Quando vero istiusmodi aggrauatio sit vel non sit in in-
nitu, cognoscendum est per ea que in sequenti lib. traden-
tur de ratione inter se discernendi peccati mortale & veniale.
Atque haec hactenus de circumstantiis. Quænam circumstan-
tia debeant vel possint omitti in confessione, addendum es-
set, nifid iam traditum esset in preced. lib. 6. cap. 4. parte po-
steriore, dubio sexto. In assignanda autem ratione distingui-
endi inter maliciam essentialē & accidentalem, nihil est
quod immoreatur: quia id nihil facit ad grauitatem peccati
diudicandam in foro penitentiali: cum ex accidentalē, ea
perinde constituant & augentur, ac ex essentialē: quan-
doquidem utraque similiter includit repugnan-
tiā cum recta ratione. legeque
æterna.

LAWS DEO.

LIBER QVARTVS, ET TOTIVS OPERIS DECIMVS QVINTVS.

DE GENERALI PECCATORVM VARIE-
TATE, IN QUAE CONSISTIT RATIO QUADAM DE ILLIS
IN GENERE IUDICANDI.

PRAEFATIO.

Generalis ratio iudicandi de peccatis, duplex est: v.
na in iudicandi generaliter, an aliquid sit peccatum,
nec ne: quum Deo inuante hactenus persecuti su-
mus. Altera de eo quod consistit peccatum eis, iudicandi
generaliter cuiusmodi peccatum ipsum sit. Quæratio
consistit in cognitione generali veritatis peccatorū, de-
cepit Deo quoque iuuanter à nobis trahenda: propositis va-
riis modis, quibus peccata generaliter inter se distingui-
tur. Ex obiecto igitur distinguuntur peccata duplicitate: vo-
no modo (iuxta illud posterioris ad Corinth. cap. 17.
Mūdemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritu)
quod alia sint carnalia, que flagitia: & alia spiritualia,
que sceleris dicuntur. Altero modo, quod alia sint in Deum
alii in proximum, alii in nosipos: quæ indicat Apostolus
ad Tit. 2. admonens ut sobrie, quoad nos: iuste quoad
proximum: & pie quoad Deum: vivamus in hoc se-
culo. Ex causa vero efficiente dupliciter item: uno modo,
quod alia sint ex ignorantia, alia ex infirmitate seu per-
turbatione, & alia ex malitia. Altero modo, quod alia sint
cordis, alia oris, & alia operis. Ex ordine præterea ad pre-
cepta quorum transgressione perpetrantur: quod alia sint
commisionis, contra negativa: & alia omissionis, contra
affirmativa precepta. Ex effectu deinde, qui est reus seu
obligatio ad panem: quod alia sint mortalia, & alia ve-
nitia: cuius postrema distinctionis confederatio est huic
instituti maxime propria. Cetera autem, de quibus D.
Thom. 2. 2. q. 7. ad illud, si penultima excipias, nō
multum faciunt: ideoque nobis sat erit paucis eas declarare:
docendo scilicet quæ peccata dicantur carnalia, que
spiritualia, quæque cetera: quod sicut in 1. cap. 1. in 2. vero
explicabitur dicta distinctione penultima in peccatum co-
missionis, & omissionis: & in 3. distinctione in peccatum
mortale & veniale. Ad deum in 4. & sequentibus
tradentur regulæ iudicandi de peccato, sine mortale an
veniale.

CAPUT I.

Quæ dicantur peccata carnalia, que spiritualia, queque
nonnulla alia.

S V M M A R I V M.

1. Diversi modi quibus nomen peccati carnis accipiuntur.

2. Explicatio diversiorum peccati, quod alii sunt contra Deum, aliud con-
tra proximum, & aliud contra nosipos.

3. Quæ peccata dicantur ex ignorantia.

4. Quæ ex infirmitate.

5. Quæ ex malitia.

6. Tres modi, quibus distinctione peccatorum in peccata cordis, oris, & o-
peris intelligi potest.

7. Quomodo eadem sit tantum in diversis gradus eiusdem peccati; &
quomodo tale peccatum sit in confessione exprimentum.

Pecata carnalia dupliciter dicuntur: uno modo generaliter, de quibusvis peccatis quartensis nascuntur ex secula-
ritate (quo nomine intelligitur appetitus sentiens prout re-
pugnat recta rationi) que à D. Paulo ad Rom. 8. carnis nomi-
ne significatur: eaque acceptione idem Ap. ost. ad Galat. 5. in-
ter opera carnis seu peccata carnalia numerat hæres & iniurias
que peccata sunt maxime spiritualia. Altero modo specia-
liter dicuntur de peccatis quæ delectatione carnis, id est, cor-
poris perficit censemuntur: quia in illis voluntatis cōfensus, quo
peccatum perficitur, terminatur in delectatione corporis per-
cepiæ tactu vel gusto; cuius generis sunt luxuria & gula: hocq;
modo